D. GEORG. ERN. STAHLII OBSERVATIONES MEDICO-PRACTICAE. QUARUM CLASSIS 1...

Georg Ernst Stahl, Johann Christoph Götze

N. ꝗ. ꝗ. Oxto b.

α + λ β

XI

STAHLII

Obseruation.
de febrib.
Nov. 1726

D. GEORG. ERN. STAHLII,

SAC. REG. MAJEST. BORVSS. CONSIL. ET ARCHIATRI PRIMARII,

OBSERVATIONES MEDICO-PRACTICÆ.

Quarum

CLASSIS I

sistit

FEBRES.

Præmittitur

RECENSIO CHRONOLOGICA SCRIPTORVM STAHLII ET AD EJVS MENTEM DISSERENTIVM.

Edidit

D. JOH. CHRISTOPHOR. GOETZIVS,
Inclyti, quod Norimbergæ floret, Collegii Medici Membrum.

NORIMBERGAE.
APVD PETR. CONR. MONATH.
ANNO MDCCXXVI.

PRÆFATIO
AD CLASSEM I. OBSS. STAHLIAN.
DE FEBRIBVS.

B. L.
S. P. D.
D. J. C. G.

HAbes hic *Classem Primam* Operis, de quo in *Novis Litterariis Lips. Germ.* Ann. 1725. Mens. Maj. n. XL. p. 391. nec non hoc anno n. XLI. p. 404. uberior jam facta mentio, & cujus sequens erit Titulus: „D. G. E. *Stahlii*, Con„sil. & Archiatr. Reg. Boruss. Primar; *Observationes* seu *Historia Me„dico- & Chirurgico-Practica*, quibus Morborum potissimorum plu„rimorumque tum *Historia specialis* & exacta tum *Methodus* & *Reme„dia* probatissima è diutina, multiplici, & felici Ill. Autoris Expe„rientia candide panduntur: Accedunt Ejusdem *Observationes Chimi„ca* ac *Physica*; ac denique præmittitur *Catalogus Scriptorum Stahlii „aliorumque ad Ejus mentem Differentium* serie chronologica textus. „E quibuscunque Ill. Autoris evulgatis scriptis collegit, digessit, „Ipsiusque verbis recensuit, & *Indice locupletissimo* ditavit D. J. C. Gœz; Quod vero sequentes constituent Classes: *I. Observationes seu Historia Medico-Practica*; sub quibus militabunt *1.) Febres. 2) Hæmorrhagiæ, 3) Congestiones. 4) Morbi Spastici & Convulsivi. 5) Toni relaxati & remissi. 6) Seroso-Lymphales & Intestinales. 7) Generationis. 8) Hæreditarii* & *Consuetudinales. II. Observationes* seu *Historia*

Chirurgico-Practica. *III. Observationes* seu *Historia Chymica & Pharmaceutica.* *IV. Observationes* seu *Historia Physica.* In unum scil. coacta hic sunt potissima *Cl. Stahlii Observata Medico-Practica*, *Chirurgica*, atque *Chymica*; quæ in numerosis *Ejusdem* dispersa passim habentur Scriptis, ut ita magno temporis ac laboris compendio invenire nunc datum sit, quod antehac magno eorundem dispendio operosius conquirere necessum fuit. Utinam & alii similiter aliorum Artis nostræ Salutaris Coryphæorum nervum ex vastis nonnunquam illorum Voluminibus exponerent, sicque vitæ brevitati Artis longitudinem attemperarent, ne in hoc Stadio decurrentes optimas suas vires in pervestigando, *quid de rebus dicatur*, deterere cogerentur; sed ipsi alacriores vegetioresque experiendo *quid res ipsa sint* periculum facere possent. Non enim is ego sum, qui solum *Stahlium* Dictatorem esse contendam, quod quidem nec Ipse pro sua probaret modestia; sed potius crebrius solitum mihi repeto dicterium: *Nec Stahlii nec Stahlio omnia esse vera.* Illud quippe humanam excederet conditionem, ubi & quandoque bonus dormitat Homerus; Hoc autem aliis atque posteris omnem ad ulterius detegenda ac invenienda præcluderet viam, Artisque nostræ perfectionem, maxime quidem exoptabilem, significaret, a qua tamen multis forsan proh dolor! distamus parasangis. Perplurimas interim *Eum* & gravissimas pariter ac utilissimas tradidisse veritates, attenta quemvis *Ejus* Scriptorum perlectio ac pensitatio, cum prudenti dictorum experientia, uberrime docebunt. Ex quo etiam capite debita *Ill. huic Viro* manet semper atque manebit laus atque veneratio; Nec unquam, quod publice fateor, me pœnituit Ducem hunc sequutum esse, cum antea in studiorum meorum initiis à cæco præposteræ polyhistoriæ & ἐκλέξεως pruritu ductus vago ubicunque erraverim pede, titubantem nullibi figendo gressum; sed meo tandem aliorumque mecum errantium periculo didicerim: *Consultius esse si tiro Artis sectarium; Eclecticum autem is demum agat, qui altius jam in eadem profectus, & quid eligendum quidve rejiciendum prudenter discer-*

nere

nere aptus sit. Sed de hoc ut & alio pio desiderio: *Farraginis nempe librorum, incremento scientiarum atque artium adeo noxiæ, per Societatem aliquam litterariam temperandæ,* fusius fortean præfari licebit, si, Numine adspirante, Operi huic coronis imponetur. Prius vero, quam hæc finiam, *tria* adhuc præmonenda esse duxi: *Primo* scilicet, plurima harum Observationum momenta ex aliorum tum in Castris Stahlianis tum extra illa militantium, Antiquiorum pariter ac Recentiorum, Scriptorum monumentis vel confirmare, vel illustrare, vel ulterius deducere facile me potuisse, si vanam alicujus Polyhistoriæ speciem atque gloriam aucupari animus fuisset: Cum autem sola *Ill. nostri Autoris* Observata nunc quidem exponere potissimum voluerim, collatitius ejusmodi Medicinæ comparativæ labor vel aliorum exercitatiorum relinquendus industriæ, vel alii commodiori occasioni reservandus mihi visus est. *Secundo* indicaveram quidem in Nov. Litter. Lipsf. germ; Ann. 1726. n. XLI. p. 404., *prioribus quinque* hujus operis Classibus *Florenum unum*, & *tantum* etiam *quinque posterioribus*, prænumerandum fore. Cum autem *prima* Classis, præter spem atque opinionem, *Alphabetho & quod excurrit* destinatam exsuperaverit molem; Æqui spero rei arbitri non inique ferent, si, quibus nomina sua subscribere libuerit, his exoraverim, ut pro *quinque prioribus* Classibus *florenum unum* cum *quindecim crucigeris*, aut *grossos viginti*; pro reliquis *posterioribus unum* tantum florenum, seu *sedecim grossos*; Illi autem, qui pro *prioribus* jam *unum* elargiti sunt florenum, pro *posterioribus grossos viginti*, persolvere non dedignentur. Liberum autem usque ad proxime futurum *Festum omnium Sanctorum* prænumerare, ab illo vero tempore res non amplius integra, erit. Si qui etiam primam hanc sibi comparaverint Classem non prænumerantes, nunc demum tamen id facere animum inducant, ii solutis pro *quatuor* reliquis Classibus prioribus *crucigeris quadraginta quinque* seu *duodecim grossis*, & *uno* pro *quinque posterioribus floreno*, postliminio in Prænumerantium, sed intra tempus superius constitutum, recipientur numerum. Cum etiam *Norimberga* nostra non adeo ignotum Germaniæ sit emporium, perfacile cuicunque erit tum literas ad me dare, tum Classes ipsas successive a me reci-

pere. Ut vero & hoc commodius fieri queat ac securius, exoravi Viros in potissimis Regionum nostrarum sequentibus emporiis honestissimos, ut *Pranumeranti* cuicunque tum *schedulam* de numerata pecunia testatricem, meo sigillo ac nomine munitam, tum suo tempore *debitas* singulas reddant *Classes*. Quorum ideo nomina hic habes subjuncta: Amstelodami, Dn. *Paul de Hulter*; Argentorati Dn. *Joh. Bernard*; Augustæ Vindelicorum, Dn. *Matthias Merz*; Basileæ, Dn. *Joh. Jacob Bischoff*; Berolini, Dn. *Gottfr. Naumanni vidua* & *Gætze*; Bernæ Dn. *Gruner* & *Ballejean*; Bremæ, Dn. *Joh. Baptista Müller*; Erfordiæ Cl. D. D. *Andreas Elias Büchner* M. Dr; Francofurti ad Mœnum, Dn. *Joh. Nicol. Oehlenschlager*, cum *Socio*; Francofurti ad Viadrum, Dn. *Joh. Frid. Rothenbach*; Gedani, Dnni. *Jo. Weiss* & *Warchæll*; Halæ Saxonum Cl. Dn. *Christ. Gottl. Webel*; Med. Pr; Hamburgi, Dn. *Anton Wagner* & *Socius*; Lipsiæ, Dnni *Escher & Grasler*; Lubecæ, Dn. *Joh. Christoph. Schmid*; Magdeburgi, Dn: *Dieter. Nolte*; Ratisbonæ, Dn. *Philipp. Nicol. Rüehl*; Viennæ Austriæ, Dn. *Paul. Ræsler*; Ulmæ, Dn. *Joh. Jacob Wickh*; Uratislaviæ Dn. *Paul. de Læn*. Quandoquidem autem *Tertio* nihil sit ex omni parte beatum, indeque facile prævideam ac concedam, & in meis hisce laboribus plura adhuc desiderari posse: Publice his & impense tum *Ill. Stahlium* tum alios *Medicos eruditos* rogo, ut quæ cum ratione vel demenda, vel addenda, vel mutanda, verbo corrigenda & monenda, duxerint, benigne & amice indicare dignentur. Ea enim postmodum monita proxime sequentibus semper inserentur Classibus, & iisdem vel debitus geretur mos, vel rationes, cur id non factum sit, allegabuntur. Interim hisce B. L. sub Divina gratia fruere, & qualibuscunque nostris ausibus favens quam diutissime vale.

Dab. Norimb. Calend. Jul;
MDCCXXVI.

CLAS-

SPHALMATA,

quæ præter ſpem & adhibitam ſollicitam curam irrepſerunt, ſequenti corrigenda modo; reliqua vero leviora literarum & interpunctionum perverſe poſitarum ipſe emendabis B. L. humaniter.

SCRIPTA.

pag. 6. lin. antepenult. pro auctocrat. lege *autocrat*. p. 7. l. 10. pro variorem l. *variorum*. p. 7. l. 14. pro reſpitatione l. *reſpiratione*. p. 10. l. 28. pro crudidates l. *cruditates*. p. 11. l. ult. pro iteram l. *iterum*. p. 14. l. 4. pro paraxoxyſmo l. *paroxyſmo*. pag. 18. l. 25. pro ſini; l. *ſimilium*. pag. 28. l. 14. pro ſepulchrum l. *Sepulchretum*. pag. 32. l. 34. pro ſoluturam l. *ſolutarum*. pag. 34. l. 15. pro indigna l. *indignus*. pag. 35. l. 17. pro conforinationes l. *conformationes*. pag. 42. l. 1. pro hinc l. *hic*. pag. 47. l. 13. policerur l. *pollicetur*. pag. 48. l. 1. pro Autoris. *dele punctum*. pag. 50. l. 13. refermationi l. *reformationi*. pag. 52. l. 20. pro Leib-Medici l. Leib-Medici. pag. 62. l. 5. pro Acutis l. *Aulicis*. pag. 63. l. penult. pro Medicina l. *Medica*. pag. 66. l. 21. pro Praxios l. *Praxeos*. pag. 66. l. penult. pro vendicat l. *vindicat*. pag. 71. l. 19. pro ſchdiaſmatum l. *ſchediaſmatum*. pag. 75. l. 7. pro Boeten l. *Bolten*. pag. 82. l. 29. 30. pro compellendi l. *compellandi*. pag. 85. l. 7. pro Clarius l. *Clacius*. pag. 90. l. 12. pro inſertium l. *inſertus*. pag. 99. l. 28. pro Monenta l. *momenta*. pag. 101. l. antepen. pro meteriam l. *materiam*. pag. 103. l. 22. pro congeleſcentiam l. *congelaſcentiam* pag. 104. l. 17. pro volatiliſatut l. *volatiliſatur*. pag. 105. l. 23. pro eadem l. *eodem*. pag. 108. l. 34. pro Colore purpureo l. *colore vitrorum purpureo*. pag 114. l. 23. pro publicus l. *publicas*. pag. ead. l. 29. pro Heiſter l. *Heiſteri*. pag. 116. l. 25. pro milhauſer l. *Milhauſer*. pag. 120. l. 4. pro Marh l. *March*. pag. ead. l. 27. pro Lignii l. *Lignic*. pag. 139. l. 24. pro Arnold. l. *Arnoldi*. pag. 143. l. 6. pro Glanduls l. *Glandulas*. pag. 148. l. 26. pro ac veluti dele *veluti*. pag. 152. l. 5. pro Autorum l. *Autorem*. pag. ead. l. 24. pro Becheriſchem l. Becheriſchen. pag. 153. l. 25. pro den l. dem. pag. ead. l. 26. pro verſiihrten l. verſühreen. pag. 154. l. 7. pro Iconmedici l. *Icon Medici*. pag. 155. l. 14. pro Animadveſionum l. *Animadverſionum*. p. 157. l. 18. pro maignorum l. *malignorum*. pag. 160. l. 17. pro diffuſiſſis l. *diffuſis*. pag. 167. l. 15. pro Veris. natura l. *Veris Natura*. pag. 168. l. 3. pro orperis l. *operis*. pag. ead. l. 18. pro Cl. l. *CL*. pag. 169. l. 14. pro miſſa l. *omiſſa*. ibid pro eo l. *ea*. pag. 170. l. 6. pro ſignicavit l. *ſignificavit*. pag. 171. l. 11. pro geminum l. *genuinum*. pag. 175. l. 21. pro Ricter l. *RICHTER*. pag. 176. l. 9. pro Tren l. *Tincturen*. pag. 183. l. 27. pro reſalutarit l. *reſalutavit*.

INDEX MATERIARUM.

A a pag. 2. l. 6. pro Purpurarum l. *Puerperarum*. pag ead. l. 28. pro libelll l. *Libelli*. pag. ead. l. 37. pro differentia l. *differentia*. pag. ead. l. 47. pro Alumen geneſis l. *Alumen, geneſis*.

nesis. pag. 3. l. 28. pro Hæmorrohagicas l. *Hæmorrhagicas.* Bb pag. 6. l. 26. Isaac, Joh. Caspar adde 184. Cc pag. 1. l. 13. pro morbi l. *Morbi.* Dd pag. 3. l. 7. pro subtrerraneam l. *subterraneam.* pag. ead. l. 9. pro licentiæm l. *licentiam.* pag. 5. l. 25. pro corperæ l. *corporea.* pag. 6. l. 21. 22. pro dulcicatio l. *dulcificatio.*

OBSERVATIONES.

pag. 2. l. 17. pro ubI l. *ubi.* pag. 3. l. 29. pro sive l. *sive.* pag. 5. l. 29. pro retur. sed. l. *retur, sed.* pag. ead. l. 31. excuterect l. *excuteret.* pag. 6. l. 29. pro Helvetior. l. *Helvetiorum.* pag. 8. l. 16. pro scontica l. *sontica.* pag. ead. l. 30. pro ratius l. *satius.* pag. 14. l. 19. pro Grgentheils l. Gegentheils. pag. 18. l. 13. pro cacohymicum l. *cacochymicum.* pag 23. l. 29. pro complicætionibus l. *complicationibus.* pag. 30. l. 3. pro qnia l. *quia.* pag. 32. l. 14. pro modarate l. *moderate.* pag. 36. l. 1. pro æffum l. *æstum.* pag. 40. l. 25, pro fehribus l. *febribus.* pag. 48. l. 26. pro taxerit l. *traxerit.* pag. 51. l. penult. pro inventillo l. *invento illo.* pag. 54. l. 15. pro nisi l. *sine.* pag. 55. l. 25. pro Siedern l. Fiebern. pag. 67. l. 29. pro morieretur l. *moreretur.* pag. 74. l. 11. pro mothodo l. *methodo.* pag. 76. l. 18. pro negotium l. *negotio.* pag. 80. l. 23. pro epedomica l. *epidemica.* pag. 84. l. 28. pro datam l. *datum.* pag. 85. l. 29. pro hanc l. *hunc.* pag. 90, l. 8. pro utipue l. *utique.* pag. ead. l. 12. pro fermentiscentiam l. *fermentescentiam.* pag. 92. l. 4. pro exhibeant l. *exhibuerant.* pag. ead. l. 18. *dele mini.* pag. 93. l. 12. pro expirent l. *expirarent.* pag. 99. l. 15. pro doloret l. *doleret.* pag. 105. l. 8. pro sternet l. *sternat.* pag. ead. l. 21. pro dum ipsa l. *tum ipsa.* pag. 108. l. 9. pro Creta l. *Cretam.* pag. 113. l. 1. pro brunnum l. *brunum.* pag. 118. l. ult. pro communem l. *commune.* pag. 120. l, ult. pro L. v. l. *LV.* pag. 130. l. 16, pro senam l. *Scenam.* pag. 134. l. 22. pro deprescentis l. *detepescentis.* pag. 135. l. 13. pro impetum l. *impetus.* pag. 138. l. ult. pro in sequente l. *insequente.* pag. 142. l. 2. pro incongrua l. *incongrue.* pag. 143. l. penult. pro Adephag. l. *Addephag.* pag. 147. l. 18. pro fidei l. *fidq.* pag. 151. l. 17. 18. pro produxissent l. *produxisses.* pag. ead. l. 22. pro paralellam l. *parallelam.* pag. 153. l. 1. pro toti l. *tota.* pag. 161. l. 2. Herois. Notandum hic, subintelligi *Wilhelmum III. Magnæ Brittaniæ Regem* piæ gloriosissimæque memoriæ, ut amicus quidam eruditissimus observavit. pag. 164. l. 10. pro aurei l. *auri.* pag. ead. l. 11. pro ejes l. *ejus.* pag. ead. l. antepen. pro Unicorni l. *Unicornu.* pag. 166. l. 8. pro gelantinœse l. *gelatinæse.* pag. 167. l. 5. Titulus sic mutandus: *Phthisi demortui* Pulmo *in lacteum liquorem deliquatus.* pag. 169. l. 20. pro strictæ l. *stricte.* pag. 174. l. 2. pro grysæo l. *gryseo.* pag. ead. l. 15. pro exacebationibus l. *exacerbationibus.* pag. 190. l. antepen. pro utilita. l. *utilia.* pag. 196. l. 9. pro oleosai l. *oleosa;* pag. ead. l. 16. pro ed l. *sed.*

ELENCHUS OBSS;

Cas. LXIII. pro qaidem l. *quidem.* LXXII. pro delecti l. *detecti.*



D. D. G. E. STAHLII OBSERVATIONVM MED. PRACTICARVM CLASSIS I. DE FEBRIBVS.

I. Febris acuta Die Critico judicata.

Celeberrimus WEDELIVS, Jenensis Academiæ Professor famigeratissimus, Anno 1683. gravi animi commotione, per moderationem tamen compressa, *Febrem* incurrit *acutam*, mox ab initiis magnas, sed tanto magis indies augescentes, *virium jacturas* exhibentem. Ita omnia indies hoc intuitu pejora usque ad *septimum*; ubi quo magis *Tempus vere criticum* appropinquaret, eo magis *vires* etiam *evanescebant*. Nemo erat, quin non jam metueret amplius, sed expectaret, ultima. Patiens ipse ita sensim deficere se sentiebat, ut, omnibus Deo commendatis, nihil nisi beatam analysin meditaretur. Vix ultimo sensus amplius memori præterit ita *hora critica*. Vbi, adstite gratia Divina, paribus lenissimis vestigiis quasi magis, quam passibus, revertens vitalis vigor tandem etiam laudatissimo patienti ita sensibilis evadebat, ut ille inde primo suspicionem salutaris mutationis conciperet, paulatim etiam carissimis suis spem exoptatam faceret, quin brevibus etiam successibus optatissimo eventu cum illis ea potiretur. *Nulla* inquam *vehemente commotione Critica*, in solidum evacuatione Critica, sed sola hac *mutatione*. Vti die sequente ex ore ejus percepi.

Diagr. de ver. Prœceucr. in Acut; Sect. VIII. p. 80.

II. Febris acuta Die septimo Somno judicata.

Mihi ipsi e Febre acuta decimo ætatis meæ anno gravissime decumbenti cum Medicus Praxeos doctissime peritus jam *a quarto die Criticam* λύσιν veluti confidentius prædixisset; sed *Speciem* ejus, quia non satis e signis præcipere posset, coram inspecturum monuisset, eoque nomine etiam septimo die *versus horas criticas* venisset, & rem totam observare paratus assideret: *hora critica* SOMNVS patientem corripuit, qui ex anhelosiore per initia sensim sensimque tranquillior factus, & magis magisque eousque profundus, ut

Diagr. de ver. Prœceucr. in Acut. Sect. VIII. p. 80.

etiam aſſiſtentes de nimis longo forte obrepente anxii, genis leviter vellicatis an etiam expergeſcendi ſupereſſet facultas, tamen non turbarent; poſt tertiam horam e ſomno evigilans ita a Febre immunis comparui, ut etiam ipſius aſpectus alacritas rei bene cedentis ſtatim fidem faceret, & altera poſt hora aliquid edere poſtulans vix fidem apud aſſiſtentes invenirem tam ſubitæ ſalutaris mutationis, quam tamen in horas celeriter progrediens euphoria confirmabat.

III. Potionum acidulatarum Thoneri in Febribus acutis Efficacia.

Diſſ. de Moroſ. Ægr. XXXII. p. 27.

Non contemni meretur narratio plus ſemel repetita *Thoneri* in obſervationibus ſuis; (1) quomodo gratioribus ejusmodi formulis potiuncularum ſeu Juleporum prærogativam apud ægros aſſecutus ſit junior adhuc Practicus præ ſenioribus; tanto magis, cum largior additio *Acetoſitatis Citri* in easdem formulas etiam effectum meliorem ad reliquum ſenſum præbuiſſet. Et recordamur merito paris eventus, ubi homini opifici ex acuta Febre epidemica decumbenti, qua nuper deceſſerat ejusdem uxor, præſcripta erat ſimilis potiuncula grato ſapore conſpicua; quam ille inſuper a ſenſu virium analepſeos non ſolum extollebat, ſed præ illa etiam contemnebat aliam, quæ ante paucos illos dies ab altero Medico uxori defunctæ ordinata uſitatas quidem illas Cordiales dictas Borraginis & Bugloſſæ Herbarum aquas habebat, ſed de reliquo tam omnis grati odoris, quam (per ſuperſtitioſum illum metum; ne Saccharum damna daret,) etiam omni ſapore caſſa, inſuper aliquid pulveris non ſatis ſtudioſe triti complexa, plebejo homini videbatur arenoſæ materiæ miſcelam accepiſſe.

IV. Febris acuta Venæ Sectione incongrua in Lentam devoluta.

Colleg. Caſual. Mſct. Caſ. de Variol.

Venæ ſectio in ſubjectis teneris inſtituta in ſubſequente ætate plerumque pericula poſt ſe trahit, quam ego in tali annorum conſti-

(1.) *Præſertim autem in* Lib. I. Obſſ. *Laudantur autem ulterius acidulatæ hæ Potiunculæ ab* Ill. noſtro Autore *in* Diſſ. de Alter. & Specif. Sect. II. Cap. I I. p. 29 de Multitud. Remed. abuſ. Th. XXXII. p. 27. De Error. Pract. circa contagioſ. malign. Febb. curat. evitand. § LIX. p. 46. *&* *denique* Menſ. Maj. p. 513 / 511.

conſtitutione nemini ſuadeo. Ita mihi nuper talis caſus oblatus eſt, ex quo Patiens quidam peſſime ſe habuit, imo adhuc inter vitæ pericula ambigit, ubi Juvenis quidam Medicus tales Anomalias tentare auſus eſt, quas nemo unquam peritus & prudens vir approbare poteſt: ſuaſit ſcilicet Viro robuſto Plethorico *octavo* Morbi acuti die VSnem, unde hominem in tantas Anomalias & exacerbationes Morbi conjecit, ut Mors ante portam eſſe videretur: Subventum quidem eſt Remediis, & exitus acta probabit: interim ſervatu digna ſunt exempla. Hic homo, cum inter vitam & mortem præſentaneam jactatus eſſet, ut nemo evaſurum eum crederet, cepit poſt pluſculos dies data levi occaſione multum ſanguinis per ſedem excernere, & hoc continuavit ad aliquot dies, non quidem quotidie, neque etiam ſtatis dierum periodis. Reminiſcendum hic eſt, quod dixerim quomodo Natura etiam perperam manuducendo inducta ad evacuationes Sanguinis poſthac intendat ſequi hanc manuductionem & viam, etiam vaga evacuatione Sanguinem expellere. Vir hic adhuc lenta Febri decumbit, nempe erronea & anomala, & nondum ad ſeſe redire poteſt Natura; Incipit qualitercunque edere, dormire, ſitis eſt paulo immoderatior, toto interim corpore inquietus, ſomnus inſtabilis, inquietus, & nihil reficiens, cibi quidem non male cedunt, ſed totus tamen aſpectu tabidus adhuc apparet, & nullo modo fidere adhuc dum licet.

a) Talibus in caſibus præſtat eligere Methodum moderatam, tranquillam, ſecuram, & ordinatam, eique inſiſtere; & quicquid contra regulas, imo contra rationem, agitur, non poteſt non male cedere.

b) Si adhuc nullum firmum conceptum de ſpecie Affectus habeas, & non poſſis Remedium aliquod cum Morbi indole comparare, neque ullus ſive ab Experientia ſive ex Hypotheſi ſaltim prudens ſuadeat Sanguinem mittere, ibi longe ſecurius & ſcientiæ atque conſcientiæ magis conveniens eſt Methodum tranquillam, placidam, & ſecuram eligere, quæ non titubare poteſt, ſecundum generalem & febrilem indolem lenes Excretiones promovere, expedire, omnimodo ſervare magis quam perturbare.

c) Unde in ejusmodi Febrilibus Affectibus, ubi nondum ſcias quis ſit proprius Febris genius, præſtat adhibere Remedia *Diapnoica* leniter, *Abſorbentia*, *Temperantia*.

d) Si in primis viis Materia acrior & choleriodes subsit, illam mitigare & excretionibus lenibus veluti eminus viam ostendere, ante omnia Diapnoicas expedire, quæ omnibus Febribus conveniunt. Generice inquam Materia corrigenda, &, quæ alias in omnibus Febribus conducunt, etiam hic agere præstat, nihil autem alienum, intempestivum, temerarium suscipere.

V. Lues castrensis lethifera ex esu Fungorum deleteriorum.

Diss. de Error. Pract. circa contagios. malign. Febb. curat. evitand; § XXIIX. p. 24.

Memoriæ succurrit exemplum, a dignioris officii militaris Viro ante plures jam annos mihi memoratum; dum aliquot turmales in ipsis castris æstivantis exercitus gravissimis *cardialgicis*, & mox *convulsivis*, symptomatibus correpti ita cito emoriebantur, ut *venenata* alicujus causæ justissima nasceretur suspicio. Ad quam qualitercunque indagandam unius & alterius cadaver apertum, dissecto ventriculo, ostendebat superficiem ejus nigredine totam infectam; simul vero *tenacissimum* liquamen cum conspicuis adhuc frustulis *fungorum;* quos infelices hi per vicinos campos atque juga pro *esculentis deleterios* collegerant & comederant. In qualibus venenatarum *crassiorum* rerum variarum per os assumtarum casibus præferendus utique facile judicabitur, modo quantum licet *tempestivus*, *vomitus languidioribus*, & familiariter *incertioribus*, *antidotariis* tentaminibus.

VI. Præservativum specificum Anti-pestilentiale Vespilionis cujusdam.

Colleg. Casual. Mscr. alter; Cas. de dysent. rubr;

Memoriæ incidit formula remedii, quæ superioribus annis, ubi Pestis partim revera grassabatur partim rursus metuebatur, ante 56. annos, quasi arcani loco circumferebatur cum adjuncta historia, quod in Silesia tempore Pestis anno 34. *vespilio* quidam vixerit, qui aliquot pestibus interfuerit, nomine Hanns Juck, in pago Heuna, qui, cum denique moreretur, a pastore admonitus fuerit, cum peste nunquam correptus fuerit, adeoque opinio de ipso sit quod plane singulare quid de peste noverit, professus est moriturus hoc summum arcanum post pensitationem aliquam: Ex *Zedoar; Angel; Dipt. alb; NM; Absinth; Fol. querc; Bacc. lauri; Terr. sigill. alb; rubr; & gryf. Cran. humani morte violenta peremti,* vel etiam *ex cœmeterio desumti*, omnia *part, æqu;* Hæc ipsa pulverisata jubebat involvere *resina recenti*, Frische

Wa-

Wagen-Schmier, quant. ſatis pro conſiſtentia & formandis globulis inſtar nucis avellanæ, quorum unus mane aſſumtus de illo die hominem a peſte præſervaret. Approbationem illius loci hominum ante annos 6. 7. obſervavi inde, quod inde mihi transmiſſum fuerit cum iisdem circumſtantiis, quid ego de ipſo| ſentirem? Siquidem hic ſubeſt, quod mereatur efficaciæ ſpecialis nomine cenſeri, ſunt ipſa *Oſſa Microcoſmi.*

VII. Febris peſtilens ſola continentia quieta ſuperata.

Sicut *Sudor halituoſus* locum habet in affectibus halituoſum *fomitem* aut *recrementum* ſub ſe comprehendentibus; qui modo dicta quoque ratione decenter obſeruetur: Ita eſt tamen etiam ſubinde conſiderandum, quo maxime *tempore* eliciendus aut *expectandus* veniat Sudor. Quæ res omnino plus conſiderationis meretur, quam vulgo credi poſſit. Omnem difficultatem tollit quidem revera *placidiſſimum Regimen;* quo ipſo maxime intuitu hoc etiam primo ſtatim loco conſtituimus: Quo nempe nihil quidem *poſitive* velut *impellatur* & exagitetur; interim etiam *ſpontaneo* Naturæ motui nihil usquam moræ, nedum impedimenti, objiciatur: Quo ipſo certiſſime neque intempeſtive commovebitur quidquam, neque, quod tempeſtivum eſt, retardabitur, quin juſtos ſuos progreſſus recte aſſequatur & exequatur. Si vero tanquam determinatum noviſſe juſtum hujusmodi *tempus* animo ſedeat, eſt hoc in Affectibus quidem, quorum cauſa vere *halituoſum* quiddam præ ſe fert, vel ab ipſo mox *initio* totius affectus ſatis opportunum; ut nominatim in *Peſte* & vere *peſtilentibus* Febribus. Habet hujus rei ſpecimen aliquod & verum exemplar *Sydenham*, (1) in Juvene Pharmacopæi fratre, cui ab ingeſtis variis medicamentis nihil niſi ſimpliciter exacerbata eſt mali vehementia, ut non ſolum omnis quies patienti eriperetur, & in juges ſummas anguſtias conjiceretur. Sed etiam, laudibiliore certe ipſius Naturæ conatu, quicquid variorum medicamentorum ſtudioſe ingereretur, ſtatim vomitu excuteret. Huic ita affecto patienti cum *Sydenham* ſuaſiſſet, ſepoſitis tantiſper omnibus medicamentis, decubitum nudum

Diſſ. de Regimin; LIX p. 43.

(1) Opuſcul. nempe Sect. II. Cap. II. pag. Edit. Lipſ. 154. *Licet & aliam hujus hiſtoria ſedem eſſe e circumſtantiis in Diſſ. præſertim* de Error. Pract. circa contagioſ. malign. Febb. curat. evitand; *relatis, in hoc noſtro loco minime reperibilibus, videatur, quam tamen, libro licet ter perveluto, nullibi invenire potui.*

dum in lectum, & tranquillissimum situm; mitescentibus ita in horas omnibus gravioribus symptomatibus, non solum mature in *spontaneum sudorem* deductus est æger, sed, cum etiam deinde medicamenta ipsi offerrentur, (2) placide prorsus illa retinuit, & exoptato ulteriore successu morbum pestilentem feliciter superavit.

Collat. vid. Diss. de Autocrat. Nat; Cap. III. E. 2. de Period. Acut. sine Crisi LXII. p. 39. de Regim: LIX. p. 43. & de Error. Pract. circa contagios. malign. Febb. cur. evitand; XLVIII. p. 36.

VIII.

(2) **Ubi nempe a sola stragulorum mole paululum maduisset, largiorem Theriacæ Venetæ bolum deglutivit ac retinuit, cujus beneficio in copiosiorem sudorem conjectus incolumitatem recuperavit.** *loc. cit.*

(3) *Eadem probant hæc, quæ de Peste narrat* in Diss. de Error. Pract. circa contagios. Febb. curat evitand; § XLVIII. p. 36. *sequentibus verbis:*

Honestissimus quidam Vir e relatione nullo plane respectu præjudicii cujusquam suspecta, e Vienna Austriæ ad ipsum perscripta, nobis retulit, quod liquido ibi non solum observatum sit, sed etiam observatione in consilium versa salutariter deprehensum, quod *omissio* potius tam *remediorum* quam *regiminum* æstuosiorum funerum frequentiam imminuerit, & vires morbo subtraxerit, quam ut usurpatio illorum antea familiaris quidquam tale, sed potius contrarium, post se traxisset. *Et Diss. de Febb. per se nunqu. lethif. Th.* LXVI. p. 37: De *Peste* certe jam pridem illud optavi, quod nunc tanto magis publice profiteor, & ad hoc invito, quicquid est laboris, solertes viros, ut in illis, inprimis populosioribus, Urbibus, in quibus Pestis per Dei gratiam desiit grassari, numerus ineatur hominum, qui morbum hunc salva vita superarunt; & sub quibus circumstantiis per decursum sanitatem assecuti sint, præcipue qui nihil speciosum usurpaverunt; Qui vero quocunque tandem remedio usi fuerint, quemnam manifestius sensibilem effectum de tempore in tempus percepisse sibi visi sint. Digna in hunc sensum atque in hoc censu, quæ memoretur, est Felicis Plateri observatio *Lib. II. tit. de Peste.* (4) quod hac Basileæ Helvetiorum suo ævo grassante in solo Nosocòmio vivi evaserint *quadringenti septuaginta octo*, & ex his multi *nullis* usi remediis. Neque tacenda in pari re solertia Medici Practici laudatissimi Dantiscani, D. D. J. G. Kulmus, Vratislavia Silesii, Auditoris antehac mei gnavissimi, qui multis ægris per primos dies medicamenta offerre supersedit, præscripto solum regimine circumspecto. (5) Et meretur sane attentam lectionem commentatio doctissimorum Virorum de *Pestilente* morbo *Viennæ Austriæ* grassato, vernacula lingua in publicum proposita. (6)

(4) p. m. 321. sub Peste VIIma anno 1609. 1610.

(5) vid. Einiger Medicorum Send-Schreiben von der anno 1708. in Preussen ꝛc. grassirten Pestilentz. Epist. II.

(6) Titulus est: Ansteckender Seuche, welche dieses 1713. Jahr in das Ertzhertzogthum Nieder-Oesterreich eingeschlichen, Gründlich- und ausführliche Nachricht ꝛc. Wien, & juxta hoc exemplar Regensburg. 4t. pl. 4.

VIII. Vomitoriorum in peste usus.

Asseveravit quidem, mihi Chirurgus, in Regiomontana & aliquot adhuc circum locorum Peste publicis stipendiis persunctus, quod in illis, qui a *propensione* ad vomitum quasi *prima initia* ægritudinis ostenderint, tempestive exhibita *vomitoria* visa sint egregium operæ pretium fecisse, & aliquoties velut in ipsa, ut ajunt, herba malum ita suffocasse, ut longe minore negotio & periculo salutaris eventus impetratus sit: interim, uti magna cum modestia de hac ipsa re, ut in genere, loquebatur; nempe non æque ad *ingentem numerum* exemplorum rem totam extendere pertinax: ita satis discretus, ut *in specie*, de illo solum casu loquebatur, quem ipsis verbis jam expressimus, nempe ubi insignis *propensio* ad vomitum, & quidem mox *ab initio*, sese exseruisset. Unde in ejusmodi narrationibus non tam *verba*, quam verum illorum *sensum*, non tam captare quam capessere convenit: neque a valde *conditionatis* ejusmodi observationibus aut relationibus mox ad *absolutas* explicationes, applicationes, & pessime fundatas rumorum talium non tam propalationes, quam *propagationes*, saltum facere: &, quod sub *specialissimis* circumstantiis usum forte habere posset, (quamvis neque ipsum absolutæ conditionis,) illud statim non solum *absolutæ utilitatis*, sed propemodum *necessitatis*, elogio dignari.

D.ss. de Error. Pract. circa contagios. malign. Febb. curat. evitand; § XXIX. p. 25.

IX. Miliaris efflorescentia suppressa Cephalalgiæ vertiginosæ frequentissimæ sonitibus gravioribus exacerbatæ, scaturigo, reversa autem levamen.

Vir illustris prosapiæ, paucos supra XXX. annos habens, inde ab aliquot annis bis ter per annum corripiebatur repentina subinde eruptione tanquam *Miliarium pustularum* in utraque manu, aliquando etiam pede stricte dicto. Quæ quidem non ita plane pronæ essent ad *ruptionem*, interim tamen post tertium forte diem, inprimis sub multiplici *frictione*, quam *pruriginosus* ardor exigebat, fatiscerent denique, exiguam serosam humiditatem *exsudantes*. Emanebat hæc eruptio per spatium plus quam annuum; corripiebatur autem hujus loco Patiens *dolore capitis frequentissimo*, &, si non plane *continuo*, tamen vix non quotidie, præsertim ob *occasionales* causas, quamlibet etiam *levissimas*, aliquamdiu recrudescente. Qui sensim adsciscebat

Diss. de Morbb. Consequ. XXI. p. 21.

pertur-

perturbationes capitis *vertiginosas*, imo *tenebricosas*; quæ ad repentinum usque, quamvis brevem, *stuporem* sensuum *internorum* augescebant. Neque hoc solum, sed subibat satis citatis successibus plena impatientia paulo graviorum sonituum, eo usque, ut Vir his rebus ab ipsa infantia adsuetus, si *sclopeti* explosionem in propinquo audiret, in instanti corriperetur doloribus hisce, qui *spasticas* etiam tensiones ab occipite ad frontem usque molestissimas comites habebant, & *vertiginem* illam certissimum pedissequum. Liberatus, favente Divina Gratia, ab hoc incommodo hyemem quidem insecutam in statu undique tranquillo, exceptis evanidis interdum & vix effatu dignis capitis *sensationibus*, exegit: Subsecuto tamen Vere de reliquo quidem neque tunc etiam habuit, quod quiritaretur; interim reversa tamen est *efflorescentia* illa in *manibus pedibusque*: Si non cum ulteriore nova quasi euphoria, certe tamen nequaquam etiam cum ulla alia mutatione incommoda, nedum in pejus. (1)

X. *Purpura retrogressa consectaria scontica.*

Diss. de Exanthemat. malign. retrocess. VIII, p. 11.

Purpuræ retrocessio in Matrona nobilissima causabatur mictum frequentem, ardorem urentem internum, sitim intolerabilem, Cardialgiam, vomendi conatus, atque assiduam per alvum ejiciendi cupiditatem. (2) (3)

XI. Virgo petechizans e pulvere Bezoardico pro Vomitorio assumto in vomitum & tandem mortem prolapsa.

Diss. de Tener. ægr. XIX, p. 15.

Virgo 18. annorum, grassantibus *Febribus petechizantibus*, cum sorore 15. annorum correpta tali Febre decumbebat; ita tamen, ut junior hæc duobus diebus serius male habere inciperet. Medicus vocatus

(1) *Nisi sane me omnia fallunt, hic casus cum eo, quem inferius sub* Cephalalgiæ Catarrhalis Chronicæ cum coryza & vertigine insigni *titulo* recensuimus, idem est: *Cum tamen ob omnimodum de efflorescentia miliari ibidem silentium dubius adhuc hac de re fuerim, binos hos separatim sub suis enarrare classibus casus ratius duxi.*

(2) *Verba hæc sunt Dni* Respondentis, *non Præsidis.*

(3) *Notasse hoc loco juvabit, parum de Febre miliari in Scriptis suis disseruisse* Cl. Dn. nostrum Autorem; *Ejus tamen tractationem ac curationem methodicam tradidit* in fine Præfationis ad Celeberrimi D. D. Junckeri Conspect. Medicinæ Theoret-Pract; *Cui* D. D. & Consiliarii Alberti Diss de Purpura cum Febri complicata, Hal. 1710. *&* D. D. Deutschbeinii Diss. de Febri miliari ibid. 1722. editam, *junxisse non pœnitebit.*

catus ad majorem præscribebat *vomitorium pulvillum.* Exagitabat hic patientem, præter opinionem, gravissime. Medicus nihil ultra ordinabat præter *Aquas Borraginis, Buglossæ, Cerasor. nigr; Flor. tiliæ, Cornu Cervi sine igne,* cum *modico Antimonii diaphoretici.* Patiens viribus supra modum exhaustis jacebat ita per *quinque* continuos dies; usitata illa formula, nihil sibi esse mali nisi quod adeo sit debilis, sensus suos exprimens. Cum *sexti* diei a morbi initio vespera ex itinere reversus alius Medicus instantissime rogaretur consilium, offerebat *pulvillum* e *Matre perlarum præparata, Bezoardico minerali optimo,* & *Cinnabari antimonii:* Hujus tres doses offerebantur, quarum *unam* hæc patiens illa vespera; *alteram* versus tempus matutinum; reliquam autem *soror* pariter ita decumbens eadem vespera, sumere deberent. Fiebat hoc; sed corripiebatur illa major natu *cardialgiis* & *vomendi conatibus* immanissimis: quamobrem etiam alteram dosin ipsi exhibere reformidabant. Nunciabatur autem Medico hic eventus summo mane; Pulveres sine reliquo discrimine & parati erant & præsentati: *Minor* natu a sua dosi nihil quicquam commotionis senserat. Cum itaque exquisitiore scrutinio denique perceptum esset, quod virgo hæc, a primo illo *pulvere vomitorio* concepta ingente abhorrescentia, cum hic hesternus ipsi offerretur, non solum recordata sit illius, sed etiam metuerit, ne forte hic quoque pari scopo destinatus sit; unde ipsum cum ingente *fastidio* coacta prorsus assumserit, cum *statim post* insecuto vehemente illo *vomendi* conatu: Medicus, ne quid calumniæ relinqueret loci, persuasit patienti illo mane, ut dosin illam, quæ adhuc residua erat, omnino assumeret; a qua etiam nullus usquam ulterior impetuosus effectus secutus est. Interim revera ab illa etiam nova violenta corporis œconomiæ vitalis, imo ipsius animi, *anxia perturbatione,* quæ maximam partem noctis anxiis illis *conatibus* & *opinionibus* vomendi occupaverat, adhuc magis absumtæ vires non dabant locum restaurationi, unde nono die mortua est. Certissime autem hic nocebat *Sensibilitas* illa, etiam ex parte *pathetica* simpliciter seu *imaginaria,* a vomitorio sub *pulverulenta* forma in initio morbi assumto.

XII. Petechiæ suppressæ delirium vehementissimum inducentes.

Diss. de Exanthemat. Malignor. Retrocess. VII. p. 10.

Vehementissimum delirium in Puella sex annorum a petechiis intro revocatis vidi. (1)

XIII. Febris epidemica petechizans.

Obss. Chym-Phys-Medicum Maj. 1720 p. 818.

Was des Herrn N. N. Kranckheit, und von deren Gelegenheit meines Hochgeehrten Herrn Relation, und angeführte Erforderung meiner Gedancken über diesen Zuständen, betrifft, hat es zwar mit jener und deren etlichen erfolgten tödtlichen Ausgang seine gewisse Wege: Was aber meine Befindung an diesen fürgehenden epidemischen Fiebern belanget, habe ich dieselben, unter fleissiger und sorgfältiger Aufsicht, in ihrer Art beschaffen gefunden, und solchem nach auch tractiret, wie folget: Im vergangenen August-Monat waren es vier Jahre, (a) daß bey Zurückkunfft hiesiger Soldaten-Compagnien sich ein Febris quotidiana continua, wie sie von denen alten Medicis Scriptoribus genennet und beschrieben wird, unter ihnen ereignete, (b) ja auch viele von ihnen bereits mit dieser Kranckheit behafftet kranck ankamen, viele kaum genesen sehr miserable aussahen, viele auch erst hier erkranckten, und auf solche Weise in den Quartieren auch von denen einheimischen Haußleuten je mehr und mehrere damit angesteckt wurden. (c) Der erste Patient, der sich meiner Cur hierinnen bediente, war ein junger von Adel, bey 21. Jahren, ein Schotte von Geschlecht, so vordem Page an unserm Hoff, anjetzo aber Führer bey der Compagnie. Er war hagerer Statur, ziemlich lang von Person, sonst eben nicht ungesund noch sonders schwächlich. Dißmal hat er etliche Tage Husten empfunden, mit einer Verdrießlichkeit im Kopff, einem so genannten Stock-Schnupffen (d) gleich, mit einer mercklichen Trägheit in Gliedern, oder vielmehr am gantzen Leib, wie man es wohl eher denen an einer Person umgehenden Flüssen zuzuschreiben pfleget. (e) Nach wenigen Tagen bekame er gegen Abend ohngefehr 5. Uhr (f) ziemlich starcken Frost: (g) welcher nach ohngefehr einer halben Stunde sich in eine ziemliche starcke Hitze verkehrete, welche die gantze Nacht hindurch beständig anhielte, und kaum nachfolgenden Vormittag etwas merckliches gelindert wurde, jedoch den völligen Tag hindurch noch sehr empfindlich

(1) *Historia hac est Dni.* **Respondentis,** *non Præsidis.*

pfindlich blieb. Um eben die Abends-Zeit wie am vorigen Tage fiele sie wieder hefftig an, und währte ebenmässig die Nacht hindurch, nicht allein nach gestriger Art, sondern wohl ehe noch stärcker, auch eben so lang mit einerley Hefftigkeit, ja vielmehr noch länger, biß sie doch endlich wiederum um den Mittag, und von dar biß gegen den Abend, etwas erträglicher schiene. Und diese Art continuirte also auch künfftige Tage. (h) Bey allen diesen Umständen war zwar noch ziemlich vieles Husten, jedoch meistens gegen die Nacht, als den neuen Ansatz des Paroxysmi, desto hefftiger: Kopff-Schmertzen hielten beständig an, doch ebenfalls gegen die Nacht, und durch selbige hin, desto empfindlicher, jedoch waren sie durchgehends nicht so gar hefftig arg. Schlieff dabey nicht, (i) aß nichts als etwa einen Mund voll Brühe: war ziemlich begierig aufs Trincken, wiewohl auch solches eben nicht so äusserst unmässig. (k) Hiebey aber verfiel er am Leibe hefftig sehr. Bey Gebrauch gelinder alexipharmacorum (l) und unterlauffenden absorbentium und diaphoreticorum fixorum (m) giengen bey eilf Tage hin, daß er so in einerley Zustande so ziemlich tolerabel schiene, ohne einige neue Zufälle, oder derer bißherigen einigen Anwachs oder Verschlimmerung. Hierauf aber schiene es wieder umzuschlagen (es war aber biß dahin und noch dato die Wartung so schlecht als möglich) und hielte sich der Patient absonderlich wegen leidlicher Wärme und erträglicher Bedeckung gar nicht nach Nothdurfft, sondern bloß nach seinem eigenen Willen, welches auf blosses stetiges Lüfften und Erkühlen hinaus lieff. Er fieng also an im Kopff irre zu werden, redete viel ungereimte Einfälle, warf alles von sich, und je mehr man ihm solches verwehren wollte, je mehr er sich streubte und darüber mühete und fatigirte, bey solchem allen aber continuirlich erkältete, ohnerachtet er doch meistentheils mit einem kleinen madore über den Leib belauffen war. Hierauf bekam er schleunig, ja noch selbigen Tages, eine ziemlich offtmalige diarrhœam, nichts destoweniger beharrete nicht allein das delirium, sonderu wurde auch, an statt es vorhin manchmahlen ausgesetzet hat, nunmehro continuum, doch nicht violent, sondern nur fabelhafftig. Dieses Zeug währete 5. biß 6. Tage nach einander: endlich nahm es ab, hörete gar auf, der Patient erhohlte sich, wurde gesund, und lebet, GOtt Lob, biß anhero gantz wohl. Weil nun auch ziemlich viel andere Leute erkrancket waren, und mit ebenmäßigen Umständen, etliche auch sehr hart darnieder lagen, ja mit unter einige würcklich verstorben; bey solcher Bewandniß aber Herr D. N. sich mit den gemeinen Leuten conformirte es die Soldaten-Kranckheit zu nennen, (n) hingegen dieser Patient in eines feinen Burgers Hauß einquartieret kranck lage, schickte

E. E. Rath einen Cämmerer mich zu ersuchen, daß ich doch definiren wolte, was der Führer vor eine Kranckheit hätte? Und ob es dann wohl die Ungarische oder Haupt-Kranckheit seyn möchte? Damit allenfalls dem Bürger und seiner Familie prospiciret, und der Patient anderst wohin geschaffet werden möchte. Weil aber eben diese Frage bey wehrender diarrhœa und delirio des Patienten moviret wurde, wobey hin und wieder zu schleppen höchst bedencklich fiel, ich auch biß dato weder so erhebliche malignitatem (o) noch offenbahre Ansteckung verspühren können, als pronuncirte ich contra morbum castrensem, nennte es eine Febrem Catarrhalem in lentam & hecticam proclivem, gabs so gut als es seyn konnte teutsch. Damit blieb der Patient ungehindert im Hause, Haußwirth und Haußfrau, Söhne, Gesellen und Jungen, giengen beständig bey und mit ihme um, kame, GOtt Lob, auf keine einige Person weiter. Wann ich meinem Hochgeehrten Herrn specificiren solte, wie ich den Patienten in wehrender Diarrhœa tractiret, würde ich ihme besorglich wenig Satisfaction geben, weil weder adstringentia noch anodyna seu sistentia dabey attendiret worden, um so viel desto mehr, weil so wohl bey diesem Patienten, als auch andern, die zu eben solcher Zeit an dieser Kranckheit gelegen, von solcher diarrhœa keine scheinbare Ungelegenheit, so dem übrigen gesamten Morbo Haupt-præjudicirlich zu seyn erachtet werden können, sich geäussert: Ja vielmehr von würcklicher Verstellung oder Obstruction des Leibes offenbahre Verschlimmerung gar empfindlich zu verspühren gewesen. Von dieser Zeit nun an biß auf den heutigen Tag ist dieses schlimme Fieber recht endemisch geworden, (p) nur daß es nach den Anni mutationibus sich quoad accidentia sive extra essentialia symptomata mit einrichtet und vorstellet: Als post novum annum mensibus Februario, Martio, Aprili, viel pleuritisiret und tertianisiret; Martio & Aprili calidioribus, wie auch Majo, Junio, viel anxietates cardialgicas, hypochondriacas, καυσώδεις, choleriodeis machet, so auch wohl bey einigen Patienten heftige Hæmorrhagias circa ipsum principium geäussert: Mense Julio, Augusto viel dysenterisiret: Septembri, Oct., Nov. Decembri viel Hustens machet. etc. Dieses waren also die Extra-Essential-Symptomata. An sich eigentlich und mehr Essential stellet sich der Morbus sehr gemeiniglich mit einem Schnuppen, oder zum wenigsten Stock-Schnuppen, Gravedine, ein, darauf etwas Husten, endlich bey Verwahrlosung dieser Dinge erfolgenden Frost, und darauf Hitze. Der Frost fänget sich niemahls anders als gegen Abend, ungefehr um Untergang der Sonnen, in Herbstlichen Tagen, als um

um 5. oder 6. Uhr, an, währet etwa eine halbe Stund, selten viel länger. Darauf folget alsbald ziemlich starcke Hitze, mit Kopff-Schmertzen, Durst, Aengstlichkeit, Unruhe, Schlafflosigkeit, bey solchen Umständen ist so viel als ordentlich gleich Anfangs, auch wohl manchesmahl noch den Tag vorhero, ein Drücken, Ziehen, ja, wie es etliche exprimiren, Reissen im Rücken: Zuweilen auch wohl in Armen oder Schenckeln, jedoch solcher Orten nicht so empfindlich, sondern mehr einer grossen Mattigkeit gleich, bey welcher einige Unruhe, daß man sich mit Bewegung nnd Fortlegung der Glieder zu helffen vermeinet. (q) Die Hitze währet also die Nacht hindurch, meistens in einerley Grad, mit verschiedener Hefftigkeit, nach Unterscheid voll blütig- und sanguinischer oder anderst disponirter Patienten. Früh Vormittags, oder doch mehr und mehr gegen den Mittag, lindert sie sich ein wenig, und gehet dann also mäßig hin biß gegen den Abend, zu welcher Zeit sie wieder aufs neue ansetzet, und mit obbesagter Zufälle abermahliger stärckeren Erregung dem Patienten die Nacht hindurch Angst, Unruhe, und Beschwerung verursachet. Der Durst ist insgemein ziemlich erträglich, gegen andern hitzigen Fiebern zu rechnen. Schweiß findet sich bey denen ersten Paroxysmis nicht anderst als bey höchst bescheiden- und vorsichtiger Continenz, zumahlen aber ruhigen Verhaltung und Vermeidung vieles Herumwerffens. (r) Es ereignet sich auch solchergestalt nichts anderst als ein kleiner Dunst oder Dufft: Ohne zu End der grössesten Hitze, nemlich des Morgens: und ist solchen Falls dem Patienten in so weit fürträglich, daß dadurch die übrige Hefftigkeit aller Zufälle sich zu mindern, oder wenigstens nichts zu vermehren, erscheinet. Bey einigen Patienten ereignet sich der Anstoß ohne einig vorhergefühlten Schnuppen oder Husten alsobald mit Frost und Hitze, absonderlich wann er mehr ex solo contagio entstanden. Bey dieser also überhand nehmender Febri sind in deren weiteren Fortgange zwar die Symptomata communia, als Durst, Mattigkeit, Inappetenz &c. freylich gewöhnlicher Massen zugegen; Unter die propria hujus febris aber rechne ich abstinentiam ciborum & agrypniam ut plurimum indesinentem, welche gemeiniglich 7. biß 11. Tage beständig währen, auch bey gar keiner offenbahren gemäßen Ursach; grosses Reissen und Ziehen im Rücken, Armen, und tibiis um die Waden, und auf diesen Umstand insgemein erfolgte maculas. (s) Unter die diesem febri vor andern acutis sonderbar zukommende, gewöhnliche, und also gleichsam eigene, Zufälle zehle zuvörderst diarrhœam, als wozu es gat sehr inclinirer, und zwar mit mehr Nutzen als einigen Schaden. Endlich rechne diesem Fieber sonderbar und in specie zu sehr

leicht

leicht und gewöhnlich darzu kommende böse Hälse und aphthas. Der gantze Periodus ist 11. biß 14. Tage, wo nicht eine hefftige Irrung vorgehet, bey welcher die Patienten auch wohl zwischen dem 4. und 7. Tage mit Tode abgehen. Dieses Fieber habe ich auf drey verschiedene Weisen consideriret, und seine Art zu begreiffen getrachtet. Erstlich wie es sich anliesse und was es vor Ausgang nahme, wo keine Artzneyen dazu gebraucht worden: Zum andern, wie es sich bezeigte unter gelinder, und, so viel möglich, in die Paroxysmos eingerichteter medication: Zum dritten, wie es in den tumultuariis empiricis tractationibus sich erwiese. Ohne medication war es allerdings febris lenis, in suo genere gleichsam lenta, und gar zu keinem peracuto exitu eylende; fieng von keiner commotione evacuatoria an; gieng auch auf keine dergleichen ordentlich aus. Ausser daß es kurtz vorhero gemeldter Massen sich leicht zu einer diarrhœa wendete, zumahlen in statu jam senescente, und zwar dieses mehr mit Nutzen als Schaden: So aber erwähnte diarrhœa sich schon in principio mit erhube, ware insgemein (t) weniger Nutzen als besorglicher Schaden (u) dabey obhanden: Kam sie aber in ipso statu vegetiore, so war der effect Nutzens oder Schadens gemeiniglich noch mehrers in ambiguo, ob Nutzen oder Schaden daraus zu erwarten. Gegentheils aber bey obstructione alvi nahmen die beschwerlichsten Symptomata unstreitigen Zuwachs; Hitze, Haupt-Schmertzen, Angst, Unruhe, nahme alles überhand: Geschah es in statu morbi, so äusserten sich bald deliria, kamen schnell böse Hälse, aphthæ, dazu, und machte insgesamt gewaltige kurtze Arbeit. Hielten sich die Patienten sonst bey diesem Fieber leidlich warm, so fande sich zum wenigsten im vierdten und folgenden Paroxysmis Morgens früh zwischen 4. und 7. Uhren ein gelinder Schweiß, (x) nicht ohne merckliche Erleichterung des Patienten. Wer sich nicht warm hielte (y) sondern vielmehr actu erkältete, (z) bekahme gar zeitlich bösen Halß; hatte der ein wenig überhand genommen, so war es meistentheils lethal. Hielten sie sich auch gar zu ängstiglich warm, so gienge in principio übermässiger Schweiß, mit grosser debilitation des Patienten, der sich aber in augmento morbi leichtlich pertinaciter versetzte: Es erhuben sich sobalden übermäßige Hitze, übermachter Haupt-Schmertzen, deliria, obstructiones alvi, maculæ petechiales äusserten sich frühzeitig, aber entweder gar zu häuffig, oder nur hin und her einzehlig, waren aber beyderley Art unbeständig, kamen heraus, schlugen wieder ein; hiernach starb es gewaltig gerne, ja fast meistentheils gewiß, und zwar fein zeitlich. (aa) Mit tumultuaria, Empirica, violenta Medicatione verhielte es sich folgender

gender Massen: Vomitoria waren in primo principio morbi und bey nicht gar zu zärtlichen Patienten wohl etwas erträglich; Wenn aber der Patient (sonderlich fœmini sexus) vom ersten Paroxysmo selbst etwas hefftig befallen war, der vomitus erst den andern Vormittag darauf vorgenommen wurde, und irgend alvus quacunque ratione minus ordinata war, ereigneten sich mehrmahlen Cardialgicæ anxietates, die auch unter währenden vomitu selbsten enorm waren, machten in decursu dem Patienten vielmahl plötzliche hefftige Angst, und turbirten die sonst ordentliche lenitatem typi gar sehr, wodurch leichtlich andere mehr Symptomata mit einfielen, und schlimmen Ausgang der Sache beförderten. Wenns aber je ohne einigen schleunigen oder mercklichen weitern Schaden ablieffe, kan ich jedoch mit Warheit, und nach meinen besten Wissen und Gewissen, nicht sagen noch bescheinigen, daß dadurch wahrscheinlich einiger nahmhafftiger Nutz oder Vortheil erhalten worden, am allerwenigsten aber dem Haupt-Werck einiger scheinbarer Abbruch geschehen, geschweige die Kranckheit selbst dadurch jemahls gehoben noch curiret worden. (bb) Purgationes im Anfang gegeben fielen in die paroxysmos, machten die inclinationem febrilem communem diaphoreticam irre, um so vielmehr weil dieses Fieber, wie eben gedacht, typica ist, (cc) und seine paroxysmos so wohl, als in universa periodo seine Septenarios und quaternarios dimidiatos (vierthalbe, möcht sie wohl Schreckenberger heissen) hält, und entweder mit lenibus sudoribus periodicis sich auslässet, oder diarrhœas non nisi vicarias diaphoreseos zu machen scheinet, und zwar senescente jam statu: Uberhaupt aber nicht eben so wohl causam per alvum educibilem zu haben scheinet. Kürtzlich, blosse simultaneæ purgationes taugten nichts, und zogen nur Ungemach nach sich. Aderlassen war im Früh-Jahr nicht so absolute, im Sommer, Herbsts und Winters aber so viel als der gewisse Tod (dd); Zoge am 7. biß 9., selten biß 11. Tage eine incompletam commotionem seu congestionem sanguinis hæmorrhagicam nach sich, die an statt Durchbrechens per nares sich in fauces einlogirte, böse Hälse machte, stagnationes sanguinis circa interiora capitis, und also deliria, comata, lethargum, formirte, da weder Rettens noch Rathens war. Sudores selbsten in principio, (ee) zumahlen allzufrühzeitig, machten den typum morbi nur irre, und machten entweder unnützes beständig anhaltendes Schwitzen, welches den Patienten mercklich abmattete, und auszehrete; oder zogen eine Versetzung des gebührlichen, gelinden, dienlichen und erleichterenden Schweißes nach sich. (ff) Wann aber der Medicus, wie sehr vielmahlen

len geschiehet, erst am 7. oder 8. Tage der Kranckheit geruffen wurde, und alsdann erst mit dazu gegebenen Artzneyen zu schwitzen verordnete, so waren ziemlich satt gefärbte Flecken nicht weit, (gg) und war glücklicher Ausgang der gantzen Kranckheiten ein blosser Hazard. Was solchem allen nach ich vornahm, war, so wohl meiner Natur und inclination als der vorgenommenen observation gemäß, die Gelindigkeit/ jedoch mit möglicher Aufsicht, zu gebrauchen. Weilen ich aber meine eigene hypothesin de febribus dergestalt habe, daß ich sie vor ein opus Naturæ ipsius halte, (licet exacerbatæ, adeoque in impetus & erroneos motus proclivis) so richtete ich mich mit nach dem Paroxysmo, und trachtete desselben so wohl secretoriis als excretoriis moliminibus opportune zu Hülffe zu kommen, malignitatem causæ aber, wie mans nennet, nach aller Möglichkeit zu unternehmen. Dabey kehrte ich mich nicht im geringsten an die Symptomata communia, daß ich mich dieselbigen im wenigsten hätte sollen irre machen lassen. Die Essential-Symptomata aber respectirte ich noch weniger, liesse sie fasten und wachen biß sie es satt hatten (hh), deliriren aber und hefftige Kopff-Schmertzen linderte ich so gut als möglich so innerlich mit discutientibus, humectantibus, diluentibus, als äusserlich mit Camphoratis und unguento Alabastr. (ii) Ordinirte, ja injungirte, ihnen dabey, sich zu keinem Schwitzen zu zwingen, sondern nur so warm zu halten, ut actualis refrigeratio exludatur, selbst anmeldenden Schweiß aber durch nicht mehrer als jetzo erwehntes regimen abzuwarten. Ließ nicht allein zu, sondern, wo es nicht von selbst geschahe, ordinirte ich, zur Nothdurfft zu trincken, sonderlich wehrender Hitze, nur nicht sehr kalt, nichts hitziges und inebriativisches, nicht unbescheidene Söffe, nicht eilig nach erst jetzo eingenommener Artzney. In Paroxysmo ordnete ich Julepos ex aquis diaphoret. und Syr. acetos. citr. mit etwa einer oder anderer analept. aqua; gegen den Paroxysmum aber gabe ich Emulsiones, dermassen eingerichtet, daß man nicht billige Furcht blästiger Aengstigkeit halben dabey haben dürffte. (kk) Dieses Regimen hielte ich, es möchten Petechiæ folgen oder nicht. Zumahlen aber suchte ich allezeit den Leib offen zu erhalten, und achtete diarrhœam so wohl durchgehends, als bey schon würcklich erscheinenden Petechiis, nichts im geringsten, nur daß der Patient sich nicht dabey unbescheidentlich erkühlete. (ll) Was ich mit dieser Methode, unter GOttes Seegen, effectuiret, weiß das hierum liegende gantze Land, und kan davon dieses sagen, daß welcher Patient zeitlich damit tractiret worden, oder nichts irrsames vorgenommen, sondern vielmehr sich bescheidentlich acht biß eilf Tage

ge

ge lang dabey verhalten, und an andere Umstände solche wenig Tage lang sich nicht gekehret, Inappetenz, Schlaffloßigkeit, mannichmahlige Aengstlichkeit sich nicht irre machen lassen, endlich auch nicht sonderbar merckliche alte Læsiones Pulmonum, Hepatis, Lienis, und daher stammende Schwind- und Darrsüchtige kränckliche indisposition, von mehrerer Zeit her an sich gehabt: Solcher so zu sagen gar nicht gefähret worden, ohnerachtet würcklich Personen von etlichen 60. biß etliche 70. Jahren darunter gewesen, die durch GOttes Gnade zeitlich (mm) wiederum reconvalesciret, so wohl als Kinder von anderthalb biß zwey Jahren, so würcklich maculas an sich gehabt. Meine Medicamenta sind eine Essentia Alexipharmaca aus puren Vegetabilibus temperatis, welche ich dann und wann, so mir deren Vorrath auf einmahl entgehet, mit Tincturæ Bezoardicæ Michaëlis, (nicht sehr camphorirt,) und Essentiæ Scordii p. æ. verwechsele; ein Pulver ex matr. Perlar. oder Ocul. Cancr. oder auch wohl Conchis nostratibus, Antimonio diaphoretico, und Nitro depurato: und diese fast zum Haupt-Absehen. Zu urgirenden Symptomatibus habe sehr wenig nöthig, wann diese wenige Dinge wohl gebrauchet werden, und das ihrige verrichten: Gleichwie gegentheils, wo diese gar nichts verfangen, alle andere, auch noch so speciöse, Dinge weder zur Kranckheit noch zu denen Symptomatibus nichts tüchtiges noch zum Hauptwerck zulängliches effectuiren wollen. Inzwischen nehme ich zu jetztgemeldten Symptomatibus äusserlich Camphorata zu Hülffe: wider dringende Schmertzen vermehre die dosin des Pulvers; bey Durchfällen (nn) widerhole die Essenz bald auf einander, jedoch mit desto kleinern dosibus; wider das Erbrechen brauche acetositatem Citri in etwas mehrer dosi; bey anxietatibus, sonderlich zu rechter Zeit, erfordere und injungire imperiöse Gedult, an statt aller dißfalls nichts würdigen, ja billig verdächtigen, Opiatorum, adstringentium, & calidiorum tam carminativorum atque nervinorum quam alexipharmacorum: verbiete fleißig unzeitigen genöthigten Schweiß, kalt trincken, Erkühlung, unruhiges hin und wieder werffen, und halte den Leib offen. Ich bin fast so viel als versichert, daß ein anderer als mein Hochgeehrter Herr diese wenige Medicamenta und unscheinbare Methode vor Narrethey traduciren möchte: Es ist aber durch GOttes Gnade so weit damit gekommen, daß auch wohl meine Liebste, oder mein jetztmahliger halber Laborante, in meiner Abwesenheit denen Patienten darmit so viel Bescheid zu geben wissen, daß solche, unter Göttlichem Seegen, bey solchem Gebrauch so zeitlich und gewiß, auch bey efflorescirenden Petechiis, ohne merckliche Gefahr reconvalesciren, (oo)

als wenn sie eine halbe Apothecke ausgegessen und etlicher Universitäten Responsa darüber eingeholet hätten. Ich habe dabey meine Real-Observationes, als 1. quid sint Symptomata vere urgentia: (pp) 2. wie man solchen sine præjudicio affectus primarii absonderlich zu begegnen so viel Bedachts vonnöthen habe, wenn der Affectus primarius von grosser Erheblichkeit: (qq) 3. Wie übel die Vergentiæ febriles ablauffen, wenn sie zur Unzeit, ex errore entweder des Patienten oder Medici, turbiret werden: (rr) 4. Wie leicht gegentheils sie zu rechte gehen, wenn man ihre Zeit und Art ablernet: 5.) Was dabey die Paroxysmi thun, als in derer Ansehung ich bald auf mein Gewissen zu nehmen getraute, daß ein Patient febre maligna decumbens gar keine Arbeit nöthig habe gesund zu werden, wenn er sich nur guberniren lässet, und zwar vernünfftig und schicklich gubernirret wird (excipiendo statum cacochymicum universaliorem, aut particularem ventriculi & primarum viarum.) (ss) Diese Einrichtung der Medicamenten nach den Paroxysmis halte ich eigentlich pro anima ihres effects und Nutzens zu denen Fiebern, und glaube daß vermöge dieser Einrichtung auch wohl mit denen geringsten und simplicissimis medicamentis disfalls mehr zu effectuiren, als mit vielen Gängen, Künsten, Kosten, und Ceremonien. (tt) Am dritten obgenannten Stück aber ist eigentlich gelegen, daß auch ein gutes Alexipharmacum zur Unzeit gegeben den Patienten in die grösseste Hitze, gewaltsamste turgescentiam sanguinis, und hartnäckige Hinterhaltung des Schweisses stürtzen kan; ja zu drauf folgenden deliriis, summis angustiis, intempestivis irruptionibus sanguinis, stasibus inflammatoriis circa viscera &c. Anlaß geben; (uu) welches gegentheils, wann es zu rechter Zeit des Paroxysmi in gebührender dosi und administration gereichet wird, die Hitze mercklich zu mindern, dem gelinden Schweiß augenscheinliche Förderung zu thun, die folgende Paroxysmos je mehr und mehr leichter zu machen, und das gesamte Hauptwerck des gantzen Fiebers dadurch zu einem gewünschten Ende zu disponiren, kräfftig erfunden wird: da die gantze differenz unter diesen Haupt-contrairen effecten an wenig Umständen gelegen. (xx) Hingegen ist allhier mit terreis absorbentibus & antimonialibus diaphoreticis dißfalls fast nicht zu verstossen, nur daß sie nicht entweder α) nimia dosi, oder β) mit unnöthigen gezwungenen regimine (yy) gegeben werden: Sintemahl vor einen dergleichen Patienten gnug ist sich so weit warm zu halten, daß er nicht würcklich erkalten könne, welchen Falls dann in Kleidern oder Schlaffröcken zu liegen nicht undienlich. Opium lasse man von diesen Fiebern, indeme vieles an ihnen, so dessen

dessen Gebrauch dissuadiret, nichts aber so ihn erfordert. (zz) Nothdürfftig zu trincken, (wie obgedacht) pflege meinen Patienten nicht allein zuzulassen, sondern wohl anzubefehlen. Dieses ist meine gewisse und zuversichtlich gegründete, und dahero in praxi täglich also fest haltende, Meynung, damit ich seit Anfang dieses Jahrs mehr als dritthalb hundert Patienten dergestalt bedienet, und unter obgemeldten Umständen recht sehr wenige gemisset habe, davor GOttes Gnade und Beystand gelobet sey rc. rc.

Weymar, mens. April. A. 1694.

Commentarius. (1)

(a) Quamvis Febris hæc jam etiam ante hac & pluribus retro annis hinc inde sese exhibuisset; Sicut inprimis anno 1682. in Vrbe Jenensi cum multis & satis saturatis maculis grassatam fuisse memini: Hoc tamen autumno in inclyta Serenissimorum Saxoniæ Ducum sede, *Vinariense* Vrbe, admodum ἐπιδημικῶς erumpere occœpit, & quidem per occasionem pedestrium turmarum tunc temporis partim Augusto Mense oriente partim sequenti Septembri & Octobri mature ab expeditione sua revertentium. Unde quidem, cum ab illo tempore usque ad annum 1694., quo scripta est Epistola, *jugiter* continuasset morbus, quod annis proxime præcedentibus non æque factum erat, sumta hinc est occasio illius ut evidentioris initii designandi, quo febris hac indole sese exerere cœperat.

(b) Nemo puto mihi vitio vertet, quod aliqua tam ad *historiam* quam *denominationem* morborum secundum varias ipsorum species pertinentia apud *Veteres*, ad minimum propiorum seculorum, jam tacta esse indigitem, quæ ab aliquibus *Recentiorum* pro plane novis & justo atque recepto nomine adhuc destitutis non raro venditata reperiuntur. Accenseo his non immerito hanc nostram febrim. Affirmo sane merito, descriptam illam esse jam pridem a majoribus nostris,

(1) Cum tum hujus nostræ historiæ tum universi Morbi prolixior tractatio in Commentario Cl. Dn. Autoris ei subjuncto reperiatur; ad majorem ejusdem perfectionem hunc non minus ac subsequentem *in Mense Junio deductionem de Alvi in hac Febre libero successu* &c. addere nullus dubitavi; Cujus proinde tum a Cl. Dn. Autore tum benevolo Lectore facilem mihi polliceor veniam.

nostris sub nomine *Quotidianæ Continuæ Phlegmaticæ*, præcipue vero a *phlegmate salso* prognatæ. Si quis enim hujus gravia symptomata, præsertim ad *caput, fauces* & *linguam, Parotides*, imo varias *cutaneas efflorescentias* proclivia, cum nostra febre conferat, & insuper typum non modo *quotidianum*, sed præcise *vespertinum*, consideret, & reliquam *acutam* atque *ancipitem* periodum cum nostra comparet: non similitudinem, sed ipsam *speciem* potius, sibi hic offerri facile deprehendet.

Illud quidem satis notum est, quod Antiquiores *macularum*, quæ huic febri familiarius evenire solent, non adeo exactam rationem habentes illam ab his quasi specialiter denominare non susceperint. Quod econtra Recentiores ita scrupulose fecerunt, ut etiam hinc quasi specificam denominationem formaverint. Appellant videlicet *Petechialem*, vernaculo *Italico* vocabulo, & quidem veluti plebejo: Siquidem his *Pedocchio pediculum* aut *pulicem* denotat; quorum, præcipue posteriorum, *morsibus*, vel potius *stigmatibus* hinc remanentibus, *maculæ* hujus febris respondent: excepto medio illo puncto, quod insectorum illorum morsus actualis post se relinquit, quo hæ morbidæ maculæ destituuntur.

Sicuti vero Febrem hanc ab hac circumstantia *Petechialem* vulgo vocant; ita ego jam pridem *Petechizantem* appellare suscepi propterea, quia non Essentialiter & inevitabiliter semper conjunctas habet illas *maculas*, sed ut plurimum tantum; ita, ut ab hac *frequentiore* macularum harum cum hac febre complicatione *frequentativam* etiam hanc appellationem formaverim.

Interim licet hoc revera ita se habeat, quod maculæ hæ non sint de *absoluta* hujus febris essentia, ut illa nunquam sine his vigere possit, cum revera multi patientes etiam circa *criticos* dies hac febre moriantur, qui tamen *nullas maculas* exhibuerunt: Minime tamen hinc audiendi sunt illi, qui symtoma hoc, nempe *macularum* eruptionem, tanquam *commune* quoddam interpretari suscipiunt: cum *proprium* utique sit, ita, ut licet hæc febris sine maculis vigere possit, maculæ tamen cum febre alia *acuta* quam hac nulla *grassari* deprehendantur. Hanc, inquam, Febrem, licet phœnomeni hujus de *macularum* eruptione non ita absolute mentionem faciant, quantum tamen ad reliqua symptomata attinet, satis exquisite delinearunt ipsi *Veteres* sub nomine *Febris quotidianæ continuæ*. Deduxerunt illam a *phlegmate* modo dulci & *insipido* modo *salso*; & hæc quidem a *salso* phlegma-

phlegmate est præprimis illa, de qua nos agimus, pejoris moris & graviorum Symptomatum.

Propiorum quidem ævorum Medici, præcipue posteaquam violentius grassari cœpit, deducunt ipsam magis a *venenosa* qualitate, & annumerant proinde Febribus *pestilentibus*; quod inter alios sui temporis fecit *Gerhardus Columba*, Messanensis, Seculo decimo sexto, in edito tractatu *de Febribus pestilentibus*, quem hujus ipsius præcipue Febris occasione, ut in præfatione latius insinuat, conscripsit. Et secuti sunt hanc sententiam Recentiores modo non omnes.

Fecerunt hoc tanto justiore titulo, quia in ipsa vera *Peste maculæ* tales, aut ad minimum his similes (& *majores* enim, & *plures*, & *colore* saturato *nigricante* puniceo diversæ memorantur) erumpere sæpe solent.

Interim si quis utique nobis objecerit, quod apud antiquiores nulla ita *expressa* hujus speciei descriptio exstet, quæ nempe *maculas* aliquas ita epidemice & quasi *solenniter* conjunctas habuerit; illi haud immerito regesserimus, quod utique mox ab illis temporibus, quibus paulo crebrior *typographiæ* usus pluribus ad scribendos & edendos libros occasionem præbuit, maturæ hujus rei mentio facta observetur; apud antiquissimos vero, a *Galeni* temporibus, hujusmodi excretiones simplicius pro nudis *Symtomatibus* habitæ specialem aliquam & quasi specificam diversitatem inferre non visæ fuerint. Unde sufficit illorum temporum Medicis *Exanthematum*, *Ecthymatum*, & *Stigmatum* mentionem fecisse.

Imo visi sunt hoc ipsum tanto justius fecisse vel ipsis nostris Recentioribus; cum hi uno ore *petechiarum egressum* pro excretione pure *Symtomatica*, utpote patientem nihil undique juvante aut sublevante, constanter arguant: Quod tamen, si de *pestilentibus* maculis, quas per Dei gratiam plerique nostrum nondum vidimus, forte verum est, de nostratibus benignioribus maxime valet, ut inferius notabimus.

(c) *Contagiosa* utique est Febris, de qua sermo nobis est. Quod ipsum licet antiquiores *phlegmaticæ* suæ non ita diserte tribuant, cum tamen vel ipsa *coryza*, præcipue *acrior*, phlegmati illi *salso* veterum respondens, *contagiosa* existat; mirum esse non debet, si hæc ipsa etiam contagiosa Febris nihilo secius *phlegmatica* haberi queat.

Interim illud omnino notandum eſt, quod hoc ipſum *contagium* ex ſua veluti propria indole, & ubi ſpecialis aëris & anni temporis conſtitutio abeſt, *ſegne* & *lene* obſervetur. Imo obſervatum eſt ſæpe numero trium aut 4. *ſeptimanarum* demum intervallo denuo correptum fuiſſe aliquem ex illa familia, in qua ante tantum temporis aliquis decubuerat. Evenit tamen interdum illud quoque, ut plures ſimul, aut brevi intervallo temporis, corriperentur; quamvis ibi frequenter juſta admodum ſuſpicio, imo ſæpe certitudo, concurrentis inſignis *formidinis*, *mæroris*, imo inſolitæ *fatigationis* in alterius ægroti cura & ſervitio, interceſſerint.

Neque vero illud citra allegatam *temporis* & *aëris* ſpecialem conſtitutionem æque facile, nedum promiſcue, evenit, ut multi, nedum omnes, in eadem domo morbum hunc experirentur; unde de talibus ſolum accidentalibus morbidis diſpoſitionibus valuit illa vox vulgi; Es gehe gemeiniglich das gantze Hauß durch. (NB. Sphalma eſt in textu: Von denen Haupt-Leuthen: legendum Hauß-Leuthen.)

(d) Initium *languidius*, citra violentiam accidentalem, ab *aëris* conſtitutione, *anni* temporibus, *rerum non naturalium* vitiis &c. familiariſſime ſumſit hic affectus. Quocunque tamen anni tempore & ſub quibuslibet circumſtantiis vergebat perpetuo magis ad *catarrhales* veluti typos, ut cum *gravedinoſa* Sincipitis tenſione, non raro etiam actuali *coryza*, *raucedine*, *tonſillarum* (non anginode, ſed catarrhali ſive *branchiode*) inflatione, quin etiam *tuſſi*, & ſatis quidem immodeſta, & *non* adeo *ſicca*, inciperet; ſicut etiam, imprimis tamen *verno* tempore, non raro certe *peripneumoniam* vel ſimulavit vel certe comitem habuit.

Hac ipſa quidem tempeſtate, de qua loquitur epiſtola, *autumnali*, humido & pluvio tempore, tanto ſolennius ita ſe geſſit, ut patientes non ſolum per 2.3. aut plures dies *gravedinem*, *coryzam*, *branchum*, *tuſſim*, experirentur invicem ſuccedere, aut aliquid horum quaſi languidius moliri ſine expedito ſucceſſu: Sed etiam his quaſi ex improviſo ſponte *cohibitis*, aut alias non libere procedentibus, denique in hanc Febrem prolaberentur. Ubi quidem allegata circumſtantia ſenſibilis fatigationis, *languoris*, *torporis*, communiter concurrebat; Raro tamen ita eximie, ut patientes propterea altioris, nedum tanti, periculi ſuſpicionem inde capeſſerent, ſed fere allegata formula ſe conſolarentur: Es gehen Flüſſe an ihnen um, , , hätten

ten den Stock-Schnupffen, wolte nicht recht fliessen, machte ihnen den Kopff schwer und schwindelicht &c.

(e) Ita enim utique in ipsis etiam catarrhalibus ejusmodi excretionibus, præcipue adhuc paulo impeditius procedentibus, satis familiare est, ut non solum totum corpus, ut vulgo loquuntur, langueat; quamvis vere interpretando potius *strictura* quædam *tonica* peripheriæ corporis subsit: sed occurrit etiam ibidem, & quidem præcipue propter hanc causam, ejusmodi frequens levis *horripilatio*, seu superficiaria incursatio frigidæ veluti cujusdam auræ, ut subinde conquerantur, es sey ihnen so frostig, præcipue quando aërem liberiorem subeunt. Tanto magis vero cooritur postea fortior ejusmodi *καταψύξις* sub ipsum Febrilis *invasionis* initium; de quo mox.

(f) Gegen Abend ohngefehr 5. Uhr.) Inter circumstantias Febrium veluti specificas non ultima me judice est illa, quæ a specialissimo *tempore invadendi* pendet. Non temere certe in *præfatione Problematum*, uti vocare visum est, *ad Febrium Pathologiam* dixi, quod de hac re, Paroxysmorum *statis temporibus secundum horas diei*, vix centesimus quisque Medicorum aliquid inaudiverit. Puto experiri hoc licere in colloquiis cum Medicis e variis Scholis profectis, ubi mehercule vel crassiora quæcunque ad febrium *speciem formaliter* magis pertinentia inaudita esse deprehenduntur, nedum ut de talibus minutioribus aliquid perceperint. Interim *stati* plane temporis *invadendi* præcipuum exemplum est & omnium constantissimum *Quartana*: post hanc *Tertiana* simplex, seu undique *legitima*: Porro ipsa hæc nostræ tractationis *Petechizans*; Reliquæ, prout *complicationibus* in nostro quidem Climate magis obnoxiæ sunt, familiarius etiam variant; ut, quæ multum *Sanguineo-plethorica* commotionis implicant, diluculi æstivi præcursores horas occupent, proximas post noctis medium: Quæ multum vere *biliosi*, tenuioris tamen, fovent, ortum solis medium, a *sexta ad nonam*: quæ plus biliosi *crassioris*, horas a *nona ad meridiem*, & paulo amplius, sequantur. Solertior in hoc negotio fuit (*de Febr. cap.* 4. *rub.* 1.) *Savanarola*; succinctior *Forestus* (*Lib.* 3. *obs.* 25.) & ultimo *Sennertus* (*de Feb. L.* 2. *c.* 19.) Enim vero dignum videri possit quod notetur, quod non solum *Forestus* in Febris *Quotidianæ* cumprimis historia hanc observationem introducat; sed etiam *Sennertus* prorsus eodem capite, ubi de hac maxime Febre agere suscepit, eandem alleget: Ad minimum illud inde colligere licuerit,

quod

quod in hac maxime Febre etiam *stata* illa *invadendi* ratio quasi præ aliis evidentius sese exhibeat, & constantius hanc indolem præ sese ferat. Quamvis autem *Forestus* Quotidianam *intermittentem* allegato loco describat, & illi invasionem talem *post meridiem versus noctem* assignet, & in observatione sequente, ubi de *Notha* loquitur, tam horis *bili* dicatis quam *pituita* magis adscriptis hanc invadere putet: Tamen in illa quoque, de qua nos loquimur, revera *continua* hoc idem solenniter contingere, ut videlicet *sub vesperam*, hora 5. vel 6., invadere patientem soleat, & postea quoque quotidianas suas exacerbationes his & sequentibus horis prosequi, monstrat perennis omnino & universalis Experientia in hujusmodi ægrotantibus assidue instituta; non in uno aut altero homine, sed in subjectis plus quam *bis millenis*, quorum maximæ partis ipse habui curam, reliquorum vero morbi notitiam historicam satis exquisitam.

(g) Ziemlich starcken Frost) Ita omnino est, invadit hæc Febris ordinarie cum *frigore*, & horrido illo quidem, imo & *rigore*, imprimis vero *tensivis* doloribus in *dorso*, quantumvis neque pedes, imprimis *tibiæ*, sensu illo stringente atque premente careant. Omnes in universum corripit hæc Febris per primum initium *frigore* hoc; durat tamen illud non per æquale tempus apud singulos: Ad minimum quidem per *dimidiam* horam, aliquando etiam ad *integram*, rarius adhuc amplius. *Calor* succedit immediate, cum *angustia* & *anxietate* circa præcordia, minime tamen *nauseosa* & *vomibunda*, nisi prorsus in individuis, & his quidem immensum quam paucissimis, Durat hic *æstus* (pro mensura *plethoræ* cumprimis dimetiendus,) per horas bene multas; ita, ut *primis* maxime paroxysmis vix altero mane *notabiliter* intepescat: Sicut etiam usque ad novam exacerbationem satis & patienti gravis est & tangentibus obvius.

Hanc *exacerbationem* repetitam dixi reverti pari vespertino tempore, um eben die Abend-Zeit, wie am vorigen Tage. Et dixi quidem, quod *Calor* maxime seu *æstus* his temporibus posthac exacerbetur. Et vere hoc quidem. Paucissima enim exempla offendas, ubi de proprio aliquo *refrigescentiæ* sensu patientes mentionem faciant; non ita multa, ubi *attingendo* eo tempore aliquam tepiditate inferiorem *frigoris* sensationem deprehendas; nisi forte in partibus plane *extremis*, digitis, aut horum & nasi ac auricularum *apicibus*. *Inquietudo* vero illa interior *angusta*, *anxia*, & *dolor* ille *vibrativus* atque *tensivus*,

vus, in dorſo æque ac extremis artubus, revertitur jugiter cum ipſo *calore* ejusmodi incommodis comitibus, *ſiti, oris ſiccitate*; & hæc omnia tenent ægrum non ſolum *vigilem*, ſed etiam inquietum, imo impatientem ſubinde: quin, ubi pejus res procedunt, *mens* ipſa inde labefactatur atque commovetur.

(h) Dieſe Art continuirte alſo, auch künfftige Tage,) : : Noch ziemlich viel Hustens, ꝛc.) Ita ſane redibant indies hi *paroxyſmi*, & totius Febris hic *typus*. Dixeram paulo ante, quod *altero* paroxyſmo calor vel ingraveſcat, wohl ehe noch ſtärcker, quod omnino valet de Paroxyſmis 2. 3. ad primum comparatis. Reliqui poſt *quartum* non ſolum nihil augeſcunt, ſed potius, ſiquidem cætera optime procedant, vel ad ſenſum miteſcunt. Illud, quod de *Tuſſi* hic monetur, adeo verum eſt, ut etiam multos obſervare liceat, qui reliquo toto tempore vix quicquam effatu dignum tuſſiant: In Paroxyſmi autem recrudeſcentis inſultibus *immani* tuſſi correpti, graviterque illa concuſſi, etiam circa reliqua hinc pejus afficiantur. Imo videas ibi, quibus Paroxyſmi redeuntis tuſſis quaſi præcurſor index ſit, & initium faciat ſuccedentium commotionum reliquarum.

(i) Schlieff dabey wenig ꝛc.) Ut alias in Febribus malignis, ita in hac etiam, præcipua querimonia occurrit de *ſomni defectu* ſeu pervigilio. In quo illud notandum eſt, quod communiſſime nulla conſpicua *cauſa* præſto ſit, cui defectus ſomni jure meritoque adſcribi debeat. Neque enim tam ſenſibilis eſt *æſtus*, neque tanti *dolores*, per quos ſomnus auferri poſſit. Imo vero occurrunt frequentes, qui penitus nullum ſenſum doloris nec in reliquo corpore, nec ipſo quidem in capite, indicent aut præ ſeſe ferant, nihilominus de ſomno quaſi vix cogitent per multos dies, aut certe non niſi leviter nictitando magis dormituriant quam dormiant. Neque vero etiam inſigni aliquo incommodo, nedum damno, hinc affici videntur, a *deliriis* a *ſtuporibus* alieni; imprimis ſi de reliquo tranquillam mentem & animum patientem ſervent.

Occurrerunt quidem aliqui, ſed mihi non niſi juniores, 18, 20, 22. annorum, qui *in ſtatu* morbi ſomno potius quam vigiliis laborarent; quod vix non pro comate ſomnolento haberi potuiſſet, niſi & ad poſcendum *potum* & *excretiones* perpetrandas ſponte evigilaſſent: peractis autem his negotiis, ſtatim in ſomnum relabentes, & illum quidem non anxium, ſuſpirioſum, ſed *naturali* non abſimilem,

ſatis æqualem, ſine jactatione, quiritatione, *ſuſpiriis* &c. Redierunt vero ad ſe ſine ullis peculiariter contra hunc affectum directis remediis, ſed continuatis tantum illis, quæ ipſi morbo univerſo deſtinavimus.

De reliquo ipſæ utique *Cephalalgiæ* ejus indolis aut *impetus* vix unquam fuerunt, ut patientes propterea vehementer angi, aut illis *directe* remedium aliquod poſcere, contigerit: Ne dum ut ab illis graviora ulteriora ſymptomata expectari oportuiſſet. Interim neque hoc ſine peculiari animadverſione prætermittendum ducimus, quod illi caſus, ubi patientes *notabilibus* talibus *Capitis doloribus* afficiebantur, communiter minus periculoſi deprehenſi ſint, quam alteri, in quibus inprimis *plane nullus* moleſtus ſenſus in capite occurrebat. Sicut equidem revera in genere, ubi patientes nullius morbi ſibi conſcii eſſe videbantur, licet de reliquo abſolute mente ſibi conſtarent: præter *laſſitudinem* inſignem, *appetitum* plane deficientem, & *ſomnum* nullum aut leviſſimum: (2) In tali, inquam, ſtatu ordinarie maximum erat periculum.

Aſſe nicht.) *Inappetentia* in hoc affectu erat utique ordinarie exquiſita; *Nauſea* vero, ſi non ad cibos aſſumendos cogerentur aut perſuaſionibus auſcultantes iis uterentur ægri, nulla poſitiva, ſicut etiam nulla inclinatio, nedum conatus, ad *Vomitum*, exceptis pure *individualibus* extra reliquam ipſius morbi indolem diſpoſitionibus, & ventriculi ſtatu jam magis *ante morbum* cruditatibus onerato: Quantumlibet revera etiam hoc ipſo caſu ſatis rara occurrerent exempla: Nedum ut totus Affectus, adeoque apud pleroſque hoc morbo laborantes, ad hanc ſpeciem excretionis per ſe & ex ſua indole tendere obſervatus eſſet.

(k) War ziemlich haſtig aufs Trincken, · · und verfiele ſehr.) Plerique utique manifeſto *ſitim* effatu dignam ſentiebant; Non tamen *enormem*. Erant vero non ita rari, qui *ſitim* quidem tolerabant effatu

(2) De his ſic loquitur Cl. Dn. Autor in *Colleg. Caſual. altero MſCt. Caſ. de Feb. Petechiz. per Petechial. commun:* Ipſe ſenſi in me, und hab in drey Tagen nicht zwey Semmeln gegeſſen, auch wider Gewohnheit wenig getruncken, nur daß eine ſtete Feuchtigkeit des Leibes geſpühret habe, cum notabili virium dejectione æquali ac continua, atque abſtinentia a Somno.

effatu dignam, interim nullam *cerevisiam*, quantumcunque sibi alias usitatam, tunc temporis ad gustum suum deprehendebant. Imo vero non deerant, qui positive *fastidio* quodam cerevisiarum quarumcunque laborabant. Imo, rem recte æstimando, non cerevisiarum solum, sed varii generis *decoctorum* potuum, maturo fastidio afficiebantur; quamvis utique sitis non deficeret. In quibus autem *deficiebat* sitis, res non erat æque boni ominis; imo vero tanto pejoris, quo magis deficiebat. *Potus* tolerabiliter tepescens, (neque magis quidem quam *æstate extra cellas in umbra* relictus tepefieri solet, Germani überschlagen vocant) nihil usquam facessebat incommodi, quantumcunque etiam largus. Qui *calido* potui aquoso, *Thee*, aut similium, adsueverant, utiliter talibus etiam uti continuabant &c.

Notabile illud quasi decrementum seu *contabescentia* corporis valde familiaris erat; Unde vulgus sæpissime pro *tabida* Febre interpretabatur, quasi antiquo more Medicorum *hecticam cum putrida* sociantium. Quamvis autem alias insignis hujusmodi tabes in Febribus admodum suspecta sit; in hac tamen febre, quemadmodum alias quoque in *lentis* (vere & pure talibus, non specifice *hecticis*,) nihil adeo magnopere periculi exhibebat, aut, quod ajunt, monstri alebat: Superato enim morbo satis facile florem corporis recuperabant.

(l) Bey Gebrauch gelinder Alexipharmacorum) Haud injuria inter plures quasi magis curiose & sollicite *Riverius* (ubi *de Peste*) (3) distinguit inter Alexipharmaca *calidiora* & *temperata*. Sane vero, cum *Alexipharmaca*, qua talia, non consistant in *acrimonia* quasi generaliore resinosa; Sed hæc in aliquibus vegetabilibus, imprimis *radicibus*, solum sit specialioris illius Alexipharmaci miasmatis veluti *receptaculum*, vehiculum, & quasi crassius *corpus*: Non immerito cautelæ loco inservire potest, ne in ejusmodi corporibus, in quibus & dispositio & actualis exacerbatio in *calorem* præsto est, per ejusmodi medicamenta *calor* augeatur, quæ cum *obscuriore* alexipharmaco effectu *manifestiorem* efficaciam sanguinis *calefactoriam* in sese continent. Unde quidem in hoc morbo, ubi neque propria ejus indoles vehementem *æstum* producit, neque artificialiter concitato æstu quidquam boni

(3) Scil. *Prax. Med. Lib. XVII. Cap. I.*

ni effectus obtineri sentitur, hujus generis *calorem* majorem concitantibus medicamentis nullus utique est locus.

(m) Absorbentium und Diaphoreticorum fixorum) Haud injuria in Dissertationibus *de Febrium Curatione* dubitat Celeberr. *Schelhammerus:* An *terrea* præcipuam suam efficaciam in corpore humano unice exerant per *acidi absorptionem*. Ubi, licet ipse aliam agendi rationem a posteriori non assignet, certe a priori non ita difficulter dubii hujus ratio munitur eo, quod corpori animali *aciditas* ullo alio argumento quam solo hoc de *absorbentibus* (quod in quæstione est, adeoque petitionem principii infert) non possit imputari. Cum tamen innumeræ sint *acidi* efficaciæ, quibus sese potius *a priori* in corpore prodere & exerere deberet. Ego in hac materia nihil dubitavi potius *positive* diversam causam efficaciæ terreorum assignare; nempe non *acidi*, sed *sulphurei tenerioris*, (quod *fermentativas putredinosas* corruptiones animat) *incorporationem*, & ita maturiorem secretionem. Videatur *Zymotechnia Fundamentalis*. In nostro præsente affectu tanto magis utilia deprehendi *terrea* talia fixa, quanto lenius ventilationem *sudatoriam* promovent, sine sanguinis exagitatione; Imo simul etiam per *diuresin* acrimoniam *salino-sulphuream* molestam atque noxiam commodius secedere faciunt: Cui quidem scopo commodissime semper satisfecerunt *ostracodermata*.

(n) Die Soldaten-Kranckheiten) Nondum quinquaginta anni sunt, ex quo cum justo majore libertate philosophandi scandalum illud *vagis & nihil fundatis opinionibus* indulgendi velut agmine quodam irrupit; Fundamentum nullum aliud fuisse apparet, quam quod sub novarum speculationum favore a turbulentis ingeniis omnia antiquiora simul & semel rejicienda atque contemnenda habita sint. Unde, cum circumspectiores solum *correctionem* aliquam & elucidationem vetustiorum dogmatum intenderent; a male intelligentibus & sane otiosis ingeniis hoc ita acceptum est, quasi plane nova statuerentur, antiquis sententiis ita penitus contraria, ut illæ cum his nusquam subsistere possint. Non est præsentis loci hanc rem pluribus exequi; Præbet autem nobis exemplar ipsa Febris antiquis dicta *Phlegmatica quotidiana*; Hanc cum ante 30, & quod excurrit, annos *catarrhalem* appellare aliqui cepissent, propemodum exolevit illa antiquior nomenclatura. Si verum dicere fas est, ultimus sine dubio fuit *Sennertus* (ex illis, qui in nostra Germania veluti communi approba-

approbatione recepti ſunt) qui transſcribendis antiquis *Febrium Diviſionibus* indulſit, & preſſis magis veſtigiis inſtitit. At verò, ſimul ac ipſe quoque *Scorbutum* morbum e vera ſua atque *ſpecifica* indole ita in immenſum dilatavit, ut magnum morborum numerum ad hujus tribum vocandi Autor fuerit, prolapſa mox eſt indoctorum hominum turba, ut, ſpreta omni diſcernendi opera, quicquid aliàs non intelligerent, promiſcue ad *Scorbutum*, & *ſimpliciter* quidem, referrent: Neque verò hoc ſolum, ſed ubi etiam aliquid in morbis occurrit, quod apud antiquos vel paulo aliter annotatum habetur, ſtatim inde *novi morbi* non tam ſuſpicio quam pronunciatio inſtitueretur. Nihil itaque mirum, ſi *Febri quotidianæ* etiam in aliis Climatibus & *Complicationibus* aliam quadantenus faciem induenti idem accidit. *Scorbutum* morbum aliquem revera exiſtere atque dari, nondum audivimus negari, niſi à talibus, quibus neque veritas cordi neque fides. *Concurſare* ejus aliquid ſubinde cum aliis morbis, nemo facile dubitat niſi imperitus: At nemo defendit niſi imprudens, quod hic concurſus non ſolum ita *univerſalis* ſit, ut ſingula quaſi individua involvat: ſed etiam ita *eminens*, ut ab eo reliqua morbi tota indoles, adeo ſubvertatur, ut inde nihil niſi *novus* in ſolidum morbus exſurgat. Interim hæc certe paſſim facta eſſe a pluſculis retro annis, cuilibet attendenti facile patet. (4) Si morbus occurſaret, cui nulla cum antiquioribus, aut ſane non circa *præcipuas* ſui circumſtantias, convenientia ineſſet, pro *novo* eum haberi debere, & priſtinis quibuscunque nominibus non commode cenſeri, nemo dubitaverit. Sin autem ex adverſo morbi occurrant evidente *indole*, *ordine*, *typo*, antiquiſſimis pares, ſed in aliqua ſolum circumſtantia ab iſtis divertentes, abſonum profecto ſit pro *totis novis* hoſce venditare. Quid notius quam Febris *Tertiana?* quid certius quam quod illa *legitima* longe abſit a *contagioſa* communicatione. Quid verò familiarius quam ut etiam *Epidemice*, imò contagioſe, graſſari obſervetur? Ergone *Tertiana* dicenda non erit, neque *Febris* forte? Illa, de qua nos

 hic

4. Conf. de hoc abuſu Scorbuti etiam *Diſſ. de Error. Med. Pract; Cap. V. pag.* 27. *de Novit. Med.* §. *XXI. pag.* 13. & *Præf. Diſſ. de Scorbut.* & *Luis Vener. diſſ. pag.* 5. *Præfat.* etiam *ad Menſ. Jun; pag.* 662. Nec minus *Diſſ. de Hæmorrhoid. intern. mot: Cap. IV. pag.* 21. *ſub finem*, ubi *Scorbuti natales* indicantur.

hic agimus, cum ſtatas habeat quotidie exacerbationes, & illis maximè *horis*, quibus *quotidiana* antiquorum: conveniat etiam cum iſta variis aliis circumſtantiis: qnia tamen *continua* eſt, quia *epidemica*, quia *macularum* ferax, propterea *quotidiana* nomen ipſi non conveniet? Nempe melius exhauriet & exprimet indolem *Febris Caſtrenſis*, die Soldaten-Kranckheit; imprimis quando jam urbes invaſit, *cives*, *infantes*, *feminas*, obſidet; mirum, ni hos omnes, præter reliqua omnia, etiam *milites* efficiat, & caſtra ex oppidis atque vicis faciat. Ab hominum quidem vulgo petere, ut illi nomen inveniant intimiori rerum indoli conveniens, abſurdum eſſet; Unde quidem rectè illi ex obviis quibuslibet circumſtantiis appellandi occaſionem arripiunt: At aliter docti facere debent & periti, neque temere pedibus in ſententiam plebis ire, & abſolute hujus ignorantiæ ſociari. Unde quidem vel illa adhuc tolerabilior eſt vulgi appellatio, quando ab evidente aliqua circumſtantia *maculatam* vocant hanc Febrem, das Fleck-Fieber. At verò Medicinæ adeo intereſt, ut *Febres*, quæ *typo* qualicunque conſpicuæ ſunt, hujus maxime nomine recenſeantur, ut nulla *Methodus* legitima, neque *remediorum* exhibendorum, neque *regiminis* præſcribendi, neque debitarum *evacuationum* expectendarum aut invitandarum, locum inveniat, ſi hæc notitia defecerit.

Soldaten-Kranckheit) Febres Caſtrenſes varie deſcribi audias non ſolum, ſed legas etiam: Profectò verò, ſi vel mediocriter animum advertas, facile erit deprehendere, quod varietatis præcipue rationes longe evidentius *accidentalibus* circumſtantiis cauſarum *concurrentium* tribui mereantur, quam directæ indoli affectus *in ſe* ſpectati imputari. *Tria* verò cumprimis prudenti penſitationi pro hoc ſcopo commendo. I. *Regimen* caſtrenſe; in *nuditate* propemodum, *frigore*, & *aëris* injuriis, (*nocturnis* præcipue, & ſub tempeſtatum impetu) *aſtu* vix tolerando, *diurno*, & ſub miſeris illis caſis, quæ vix ſedentis hominis altitudinem commode ferant: *Decubitum* in nuda, & ſubinde *uda*, humo: In *potus* qualitate & quantitate nullam regulam, nullum moderamen. II. *Diætam* Caſtrenſem; *Prægreſſam* in frequentiore inopia *ciborum*, panis duri, ſicci, ſitu confecti, neceſſario uſu; rariore quidem ſed tamen, ubi occaſio faveat, certiſſima *ingluvie*, & omnibus modis atque generibus effreni luxu & libidine: *Potus* autem tum ante morbum tum in morbo impurioris aquæ; fæculentæ, male dilutæ, vappidæ, acidæ cereviſiæ: vinorum quoque varie

varie adulteratorum, ſpirituum ardentium. III. *Medicationum* monſtra & portenta ut plurimum: Meliorum verò etiam neceſſarias *heteroclíſes*, ſub nullo, aut adverſo penitus, regimine. Sicut etiam hodiernarum largius *opiatarum* medicationum abuſus *deliriorum* proventum locupletare mihi certe nullum eſt dubium; & certiſſimè quidem in tali *regiminis* Diaphoretici vel defectu, vel incondito & intempeſtivo uſu. Hæc talia quidem morborum in ſe ſatis *typicorum* diverſa poſthac producere Schemata, uti vix quisquam dubitare poterit; ita contra adhuc major eſt & quovis modo juſtior dubitatio, quantum ſolidæ veritatis in ejusmodi variis *relationibus* inſit, quæ jam à *Chirurgis* caſtrenſibus jam à *Medicis* caſtra ſecutis proponuntur. Certe enim ne urbicos quidem Medicos promiſcue obſervationibus recte conſignandis ſemper pares eſſe, puto neminem contradicturum: Nedum omnes illos, quos communiter caſtrorum ſtipendiis ſeſe addicere videmus: Optimos enim quoslibet Medicos caſtris aut peſtilentibus urbibus ſeſe dicare, non eſt adeo recepti moris. Interim per morbos *Caſtrenſes*, è noſtri vulgi acceptione, communiter intelliguntur *Febres contagioſæ*. *Epidemicas* eſſe dubium nullum eſt; *Contagioſas* etiam, ſed diſpari tamen ſubinde vehementia: Certiſſime verò inter morbos *vulgo graſſantes* & valde *contagioſos* aliquam adhuc ſubeſſe differentiam, non eſt dubium; tanto minus autem quod etiam ipſa contagioſa indoles *gradu* ſubinde variet.

(o) (Erhebliche malignitatem,) *Scorbutus* in Chronicis, *malignitas* in acutis, ſunt hodie ingentia ſubterfugia, quibus omne, quod aliter exprimi non poteſt, per brevem manum imponitur & imputatur. Negare, quod detur *peculiaris* morbus, qui *Scorbutus* alicubi appellari ſolet, & omnino *peculiare* nomen meretur; quod aliqua peculiaris conſtitutio, in *contagioſis* præcipue *Febribus*, detur, quæ *peculiari* nomine *mali moris* ſeu *malignitatis* notari digna ſit: Hæc, inquam, negare certe novatorium eſſet: Interim latiſſimam illam expanſionem utrorumque horum nominum ad quaslibet anomalias morborum, etiam per mirificas frivolas medicationes varie turbatorum, temere diffundere: aut negare, quod tales affaniæ inter triviales Medicaſtros quotidie ad faſtidium uſque occinnantur, utrumque certo pro nugatorio habendum ſerio arbitror. Quod verò detur *malignitas*, & in quonam illa proprie fundata ſit, peculiari Diſſertatione

tione tractatum habeo: (s) Ubi etiam simul statuo, quod illo *κανόνιθεια proprie contagiosis* morbis conveniat. Interim sicut ibi monstro, quod totius hujus malignitatis *materiale* proprie sit justarum & debitarum *periculosa* materiæ *exonerationum impeditior successus:* Ita maximopere profecto distinguendum est inter malignitatem talium morborum *essentialem* & intrinsecam, & *accidentalem* atque ascititiam: Agnosco, quod omnes tales morbi ad excretionum maturarum *anomalias* subeundas propendeant: Sed & tanto magis per *accidentales* causas, & in his ipsas perversas *medicationes*, sæpe sæpius demum in actum deducantur, quod sponte factum non fuisset. Valuit hoc etiam in præsentis tractationis Febre. Quæ utique meliore anni tempore & tempestate, provido patientis regimine, perita atque circumspecta methodo & medicatione, in innumeris subjectis ita *tranquille, ordinate, modarate, secure, salutariter,* successit atque cessit, quam ab ulla alia febre expectare possis. At verò utique prædictis circumstantiis contraria ratione constitutis & institutis contrarium etiam fuisse morbi morem, quilibet facile hariolabitur. Loquimur itaque, manuducente nos imprimis ipsius præsentis individui vera historia, dé constitutione hujus affectus, qualis utique *sibi constans* & *sibi* sine perturbatione *relictus* esse solet. Ubi nempe optandum profecto est omnibus, qui *rerum cognoscere causas*, imò deducere illas, in se suscipiunt, ut distinctas habeant cogitationes. Quod in se malum est, *per accidens* (immediatè, & sine contrariorum occursu) *nunquam fit bonum.* At, quod *malum* est, gradu augescere & in *pejus* ruere, imprimis autem concursu plurium malitiam illam intendentium, rationi consentaneum est. Ita sane etiam *malignitas*, si à propria sua indole maxima malignitate polleat aliquis morbus, oportet sane ut absolute in omnibus individuis illa sese exserat: Sin autem hoc non facit, sed potius ibi maxime talem sese gerit, ubi manifestæ adsint *accidentales* causæ per individua, minime certe gradum illum malitiæ ipsi affectui *in se* directe imputari posse facile perceperit, cuicunque est aliquod acumen judicandi. Ita sane hic etiam morbus sese gerit; ita pleræque omnes reliquæ *malignæ:* ita ipsa omnino *pestis.*

(s) *Diss.* nempe *de Malignitatis, præcipue Febrilis, indole. Hal. anno* 1707. habita, & in *Part. III. Voluminis I. Dissertationum Autoris* nostri contenta.

pestis. Ab ipsa enim *peste* quoque ita satis *tranquille* decubuisse, imò evasisse, varios patientes, vel ab ipsismet audivimus. Sed inventa est etiam huic rei machina; nempe Sanguinem apud aliquos homines ita *Balsamicum* esse, ut malignitatem causæ morbi præfocet, & statim in bonum convertat. Sed profectò petitiones principii perpetuæ instituendæ sunt, si respectus habeatur ad Experientiam; ubi innumeri athleticè valentes & ab omni sinistra valetudine alienissimi illud *malignitatis* grave incommodum quam maxime experiuntur: Teneriores verò alii, imò debiles, & alias (modo non ex intimis *visceribus*) valetudinarii, modo sponte & suo, aut alieno, arbitrio *continentiam* adferant his morbis quantum potest *patientem* & *tranquillam*, plane dispari modo, respectu symptomatum illorum, sese habere observantur.

Ita nempe, ut breviter complectamur negotium, *Malignitatem* ipsam ante omnia agnoscimus in *Febribus contagiosis*, & in *venenis* activioribus; deinde in quibuslibet aliis valde *ambigui* successus & eventus morborum quorumlibet exasperationibus. Dum ipsa *Malignitas* proprie nihil aliud *est* quam *summa difficultas consuetas excretiones ita instruendi, ut materiæ mole pauca & energia corruptiva valde efficaci ita exacte atque tempestive satisfiat, ne prius, quam debito, tranquillo, ordinato atque subtili evacuandi modo atque motu hoc absolvitur, ingens materiæ noxiæ efficacia interim prævaleat, & irreparabile damnum inferat:* adeoque omnes actus vitales incassum cedentes tandem a priori omittendi sint, æque ac a posteriori, fatiscentibus etiam sensim humoribus atque viis, sponte fatiscant.

Hujus rei *gradus* dari tam ex ipsa sui indole quam per accidentales causas concurrentes, nullum est dubium. Potest enim ipsum *Contagium, halituosum putredinosum fermentum*, uno tempore penetrantius esse quam altero: potest etiam *anni temporis* atque *tempestatis* conditio activitatem hanc modo juvare modo morari: ipsas verò *excretionum intentiones* æque magis à priori, quam *vias* & *successus*, quam multa & quam facile possunt perturbare?

Cæterum quod *placida* illa, tenuis, atque tenera methodus ad *halituosum* miasma, parva quantitate per massam humorum disseminatum, *halituosa excretione* placidis, sed tamen perpetuis, motibus & successibus è corpore eliminandum optime respondeat, universæ harum rerum proportioni attentam considerationem non potest

fallere: de qua re plura proprio loco. Confer. etiam Disp. *de Malignitate.*

(p) Ansteckung = = = dieses schlimme Fieber recht endemisch.) *Contagiosa* certe est hæc febris; neque tamen ipsa solum, sed etiam ipsi *catarrhi tenuiores, coryza, raucedines*, atque *tusses.* Interim illud, quod modo de *malignitate* dictum est, valet etiam de *contagio:* quod videlicet activitas ejus variet secundum modos & circumstantias ibidem allegatas. Illud enim certissimum est, quod hæc etiam febris, æque ac alia *contagiosa*, diversis temporibus atque locis ipsa quoque hac *invadendi* energia plurimum variet. Ita enim aliquando *plures* homines in eadem domo *simul*, aut intra paucos certe dies, invasit; alios tarde: imò observatum est, in aliquibus familiis *menstruis* spatiis intercedentibus alios demum correptos esse. Interim quo major est allegato sensu *malignitas*, eo promptior etiam est communiter *contagii* communicatio.

(q) Unruhe/ daß man sich mit Bewegung und Fortlegung der Glieder zu helffen vermeynet.) Revera non solum in hac Febre, sed variis etiam aliis, si non absolute omnibus, familiarissima est hæc *inquietudo.* Quando quam maxime levis & veluti languida apparet, appellat vulgus hominum *languorem*, Mattigkeit; verius *lassitudinem*, Müdigkeit. Revera enim in ipsa etiam lassitudine insignes laboriosas fatigationes insequente sensus quidam *positivus* gravativus concurrit; unde vernaculæ loquendi formulæ, müde seyn als wann alles an einem zerschlagen, aut secundum alios, als wann man geprügelt wäre, einer seye so müde, die Glieder seyn einem so schwer, daß ihn verdriesse einen Arm auzuheben, einen Fuß fortzusetzen; die Müdigkeit liege ihm in den Gliedern: & in Febribus, der Patient könne vor Mattigkeit, oder auch wohl Müdigkeit, nicht schlaffen. Quæ omnia verum talem *positivum sensum* fatigationis, gravitatis, tensionis exprimunt. Ubi certe omni modo notabilis est allegata illa a nobis artuum *irrequieta motitatio*, qua tantisper sibi levamen aliquod conciliare patientes student, ut subinde *situm mutent.* Quo actu *spasticam tensionem* uni diuturniori situi mox supervenientem extensione illa & transpositione arbitraria expedire satagunt; & revera tantisper novo suscepto motu priorem illum aliquamdiu dissolvunt: Interim, superveniente mox etiam modo mutato situi pari tensionis molestæ sensu, hunc etiam, & ita iterum iterumque, mutare impelluntur.

Hoc

Hoc quidem de *inquieto* illo ſenſu, nullius tamen expreſſi *doloris*, ita valere poteſt. Procedit autem ſæpenumero ad actuales etiam *vibrationis* inſultus, & hoc quidem tam in *artubus*, mediis imprimis, *ulnis* & *ſuris*, quam imprimis in *dorſo*, a ſummis ſcapulis ad infimos lumbos.

Talia quidem in *adultis*. In *infantibus* nota eſt, certe ex harum rerum exacerbatione procedens, *convulſionum* ſyndrome; ſicut etiam tum apud infantes tum pueros, imò adultiores, *pavores* in ſomno locum manifeſtarum convulſionum ſubinde occupare ſolent.

Conſpirant etiam hæ res inter ſe, quod tam *dolores* illi quam *convulſiones*, *palpitationes* atque *pavores*, non quolibet morbi tempore, ſed in initio, imprimis & *incremento*, & primis ſtatus diebus, vigere ſoleant; non æque verò per univerſum decurſum morbi *continuari*, ad minimum non pari impetu; niſi quidem magnitudo morbi diutius perſiſtens & hunc *ſenſum* pro comite inſolito adſciſcens ambiguum exitum eo ipſo portendat. Alias verò ſolent illi manifeſti *ſpaſtici dolores* imprimis cum *paroxyſmorum* inſultibus ſimul exacerbari, ut, licet etiam, rarius tamen, quaſi continuo quodam ſenſu moleſti ſint, cum *paroxyſmis* tamen nimium quam ſenſibiliter exaſperentur.

(r) Vermeydung vieles Herumwerffens) Si in ulla re plus juſto deficit hiſtoria Clinica, in eo certe deficit, quod *tempeſtivas eruptiones ſudorum in febribus*, inprimis *acutis*, aut plane *malignis*, nusquam diſerte & condigne commemorat, nedum, quod profecto conveniebat, inculcat. Eant ergo in Anticyram, qui ridicula illa ſua eruditione & induſtria, quicquid forte ex uno aut altero, de reliquo ipſis minimi æſtimato, (nempe *privato*, non *claſſico*, ut diſtinguunt,) Scriptore Practico, Clinico inprimis, oblatas ſibi obſervationes ejusmodi juſtiſſimis admonitionibus opponere pro magna, aut certe ſua, ſapientia libenter venditarent. Inſipidum certe hoc eſt & longe alieniſſimum a reliquo faſtu. Illud in quæſtionem venit, ubi reliqui univerſi *Claſſici*, imò Dogmatici, *Doctores*, imò illi ipſi, qui nos hæc talia ſingularium ſingularia docere ſudant atque lucubrant, *ſolenniter* & *ex profeſſo*, condigne certe, ut merentur, hæc talia ad *ſolidam hiſtoriam*, *theoriam*, *atque therapiam* morborum pertinentia, notaverint? Pudet certe & piget, *offenſiones* circa talia *publicas*, imò *tralatitias*, allegare, quomodo ſudores *in* febrium *paroxyſmis* in *maximo*

illorum *æstu* erumpere, & æstum hunc proprie sudores illos emoliri, non modo proponitur, sed etiam exponitur & adversissima *ratio* ad *therapiam* inde formandam supponitur. Certe immensum quantum majore numero *feminæ* ægrarum curam habere consuetæ, quin reliqua plebs, quam Medici *communium* dogmatum compotes, hoc sciunt atque cognitum habent, quod ingentes illi atque etiam diuturni febrium *æstus* nunquam proferant *sudores*, sed *sicci* penitus sint. Quod etiam universo illo *vegeti æstus* tempore nequidem per *medicamenta* & *regimina* sudorifica obtineri valeant ejusmodi excretiones: quin potius patiens inconditis ejusmodi tentaminibus longe facilius in summas *angustias*, *anxietates*, *ardores*, *internarum inflammationum* pericula, *mentis motiones*, & potius morbi, imprimis delicatioris, *perturbationem* conjiciatur. Cum ex adverso illo tempore, quo æstus *intepescere* incipit, imò sæpenumero sub regimine nudo *privativo* (quod tantum actualis refrigerationis admissionem excludat) non solum *sponte*, sed etiam *affatim*, fluat sudor.

Et hoc quidem semper cum *levamine* patientis, ad minimum majore quam si non fiat: & inprimis, si non prorsus *instantaneo*, tamen *in succedentes paroxysmos* plurimum valente. Nos præsente loco illud imprimis notatu dignum ducimus, quod, ut alios, ita hos inprimis, & adhuc delicatiores, *magis maligniorum* sudores tam in ipsa illorum eruptione, quam continuatione atque debito gradu & æqualitate ejusdem, mirifice juvet *placida* corporis *continentia:* obturbet autem & confundat *impatiens inquietudo* atque *jectigatio:* non solum propter *frigoris* temere ita irrumpentis forte sensum, poros superficiei corporis ita promtissime stringentem: sed revera etiam propter reliqui interni & externi systematis *tonici*, hoc tempore, inprimis autem in *malignis*, *exquisitissimi*, adeoque *sensibilissimi*, faciliorem perturbationem.

Es ereignet sich auch solcher gestalt nicht anders als ein kleiner Dunst oder Dufft.) Certe si illi, qui nomen *Mechanica* quasi semper in ore habent, etiam ipsam rem solerter pensitarent, fieri non posset, quin animadverterent justissimam *proportionem*, qua in febribus *contagiosis*, quarum materialis causa *halitus* forma in corpus irrepsit, excretio hujus etiam nulla alia quam *halituosa* forma commode & convenienter fieri possit. Quo intuitu melius sine dubio agnoscerent non solum *a priori*, quod evacuationes *crassioris* consistentiæ atque formæ mate-

materiæ tali halituosæ indolis minime quadrare possint: sed etiam *a posteriori* intelligerent, quam ob rem ab ipsa *peste* usque ad mitiorem quamlibet *contagiosam* febrem nunquam, nisi *per individua*, plane per *accidens*, talium evacuationum molimina occurrant, & communiter morbi reliquum *decursum* & *exitum* longe magis ancipitem & *alienis* pluribus symptomatibus anxium efficiant & laboriosum, quam ubi sine illorum conatibus *tranquilliori* huic excretioni magis directe & unice intenta atque invigilans observatur Natura.

Magnificum autem tum hujus *excretionis* tum illi velificantis *quieta continentia* exemplum & exemplar jam pridem exhibuit orbi *pestilentissimus* ille affectus, *Sudor Anglicanus*. Hujus enim antequam indoles hominibus per exempla tanquam experimenta innotesceret, vix quisquam prehensus evadebat, quin intra paucas horas interiret. Postquam autem alii fortissimo illo *scapularum* & *thoracis spasmo*, alii conjuncta insuper *fatigatione* seu virium defectu, aliqui *indolis* suæ & boni genii patientia, ultimi tandem *exemplo* & *consilio*, quantum per vires licebat *quietissimos* sese continebant, erumpente *vaporis visibilis* instar halituoso sudore a mortis periculo, & inprimis mox ab *impetu* universi morbi, liberabantur: sicut ex adverso, qui impatientes & incontinentes corporis *jactationi* indulgebant, nulla tempestiva hinc subsequente *excretionis* talis ventilatione, cito & certo moriebantur. Neque profecto negligenter legi, sed animo sedulo adverso intelligi, debet observatio illa, quam recenset *Sydenham* de juvene pestilente febre correpto cum perpetuis *vomitibus*, cui etiam quicquid ingerebatur, non aliter quam stimulo novo suppeditato id revomebat: cum verò Medici consilio in lectum repositus & sub quantalibet *quieta continentia* sudorem expectare jussus esset, hoc imperato, absque ullo alio medicamento, non solum omnia illa *vomitionis* & *anxietatis* pathemata remiserunt, & prompte atque constanter melius habuit patiens: sed etiam, cum post aliquot horas *refrigerationi* & *inquietudini* locum dedisset, statim recruduit pristinorum symptomatum impetus: qui tamen, denuo circumspectius observato conveniente regimine & quantum satis erat *continuato*, iterum subsedit, & ultimæ justæ atque debitæ totius morbi methodo in debitum successum instruendæ locum præbuit. (6)

(6) *Vid. superius Cas. VII. p. 5.*

(s) Insgemein erfolgte maculas.) *Macularum* eruptionem hoc loco inprimis ſuccedere monui valde ſenſibili tali *tendentis atque trahentis* doloris ſenſui, tam circa *dorſum* quam *artus;* quod etiam de ſolito velut *ordinario ſibi* magis *relicti* morbi decurſu omnino certum atque firmum eſt; interim revera etiam *maculas* illas variis modis *exaſperari* & *exaggerari* poſſe tam certum eſt, quam *variolas*, *morbillos*, imò vel benigniores *cutaneas efflorescentias*, medicationum fortiorum interventu præter ſolitum *cumulari* poſſe. Breviter autem reſpondere ſoleo quæſtioni: an *petechiales maculæ huic* febri per *eſſentiam*, an verò *per accidens*, obtingant? Quod quidem *accidens* hujus febris ſint illæ maculæ, & non abſolute *de eſſentia* ipſius: Interim *maculas* tales proferre utique huic febri præ aliis *eſſentiale* ſit: ſive, ut alias loquuntur: quod maculæ huic febri *propriæ* ſint & quidem *ſoli*, ſed tamen non *ſemper*. *Poteſt* hæc febris motu etiam excretionis febrili ſtato *maculas* tales excernere, imò *ſolet* familiarius hoc facere: non tamen abſolute neceſſe habet illud facere. Eodem reſponſo ſatisfieri poteſt etiam alteri quæſtioni, an excretio macularum in hac febre *critica* ſit, an verò pure *ſymptomatica?* plerique omnes, quos circa hanc quæſtionem legere contigit, purè *ſymptomaticam* pronunciant. Ego experientia certe non exigua, ſed numeroſa, edoctus non poſſum niſi *criticas* pronuntiare: Eo tamen ſenſu, ut primo non tam intelligam *criſin exquiſitiſſimam*, *diebus*, imò *horis* planè, determinatis alligatam: ſed tamen *eccriſin* utilem, & ſalutari efficaciæ longe propiorem quam nudo indifferenti *eventui*, nedum *noxio* cuidam & *periculoſo* effectui, quod alias *ſymptomaticis* commotionibus excretoriis proprium tribuitur. Deinde *excretionem* hanc intelligo ſive magis immediate *ſibi relictam*, ſive decenter ſolum & moderatiſſime expeditam magis quam promotam: non verò neque intempeſtive *retardatam*, neque præcipitanter aut intemperanter *incitatam*: Cum talibus conditionibus ubicunque contingit, *ſalutaris* potius, ſane quoquomodo non penitus inutilis, eſt, nedum recepto ſenſu *ſymptomatica*; nempe non ſolum penitus *inutilis*, ſed etiam *viribus exhauriendis*, aut *alieno motu* veræ excretioni detrimentum afferre, par & idonea.

Illud non mihi ſolum, ſed pleriſque illius diſtrictus hominum cœtibus, ſatis innotuit, quod diverſa medicandi methodus in varianda etiam hac *eccriſi* mirum quantum valeat. Ita enim, qui mea methodo utebantur, & rarius & parcius & pallidius *maculas* tales exhi-

exhibebant; *Criticis* etiam, aut certe proxime, *temporibus* cum diversis methodis non solum *frequentius*, imò quasi *ordinarie*, sed etiam *copiose*, quin *impetuose*, maculæ tales prorumperent, *colore* quoque saturatiore: subinde etiam nimium quam *premature*, antequam ad eruptionem tempus suppeteret, ægri cum summis angustiis expirarent. Interim etiam quietiori affectui & exanthemata nulla, aut parcius atque mitius, parturienti *tardius*, sed *intemperantius*, ex improviso inducta vehemens *expulsoria concitatio* in eadem discrimina præcipites egit patientes.

Illud familiarissime ubique gentium nostratium notissimum est, quod in eadem domo inter plures hujus febris contagio prehensos non solum diversos, sed, quantum mihi observare contigit, etiam *plures*, *sine maculis* non solum decumbere, sed etiam morbum superare, contigerit: iterum tamen de illis loquor, qui vel aliena medicatione, vel *quacunque* tandem artificiali, non æque usi fuerant.

Diarrhœam, als wozu es gar sehr incliniret &c.) quoniam de hac circumstantia peculiarem considerationem subjungere constitutum mihi est, propterea in præsens quidem illam præoccupare supersedeo.

Böse Hälse und aphthas:) in nulla profecto febrium specie, quæ mihi quidem occurrerit, *familiares* ita sive *anginas* sive *aphthas* observavi, ut in præsente nostra. Illud ausim definire, quod sicuti *maculæ* recte exeuntes &, cæteris paribus, huic febri ad salutarem exitum tendenti *familiares* & dicto modo *propria* sunt, ita ad funestum exitum inclinanti *aphthæ*. Certe sine *aphthis* paucos mortuos memini: qui verò *aphthis* vel mediocriter *insolescentibus* correpti essent, neminem superstitem recordor. Plura post.

Ohne Medication.) Certe, cum prodigiosam illam varietatem, etiam in omnia diversa euntem, ordinariè quoque a se ipsa diffidentem, *hodierna febrium pathologica theoria*, non sine sollicita profecto pensitatione, cum ipsa re & observantium indies febrium indole atque vera historia compararem, & ita satis facile per Dei gratiam discernerem, quid febri *universale*, apud *omnes* patientes *essentiale*, quid contra apud *pauciores*, *particulariter*, *accidentale* contingat: non potuit non in sensus incurrere, quod tractationis atque medicationis in hoc genere posterioris non ultimæ sint partes: unde natum mihi consilium, quanta possim attentione pervestigandi mores ejus, quos exhi-

exhibet *tota sibi relicta,* nec aliter, nisi forte patientium incuria aut impatientia, in transversum acta. Ubi iterum distinguere laborabam patientes minus delicatos aut morosos ab illis, qui contrario modo affecti comparebant.

Sub hac methodo deprehendi, quod hæc Febris omni modo sit, qualem descripsi, *lenis,* imo quasi *lenta* in suo genere: a *commotionibus* turbulentioribus tam tempore quam impetu atque loco aliena. Imo vero cum etiam hoc intuitu oblatis hinc inde occasionibus ab illis, qui ipsam *pestem* superaverant, in has circumstantias inquirerem, & Authorum varias observationes conjungerem, quomodo *bubones* & *anthraces* subinde prorsus orthostadiis erumpere; quotquot autem vehementioribus commotionibus corripiuntur, maximam partem & velociter interire soleant: adscita insuper his rebus illa harum Febrium indole, qua ordinarie pulsum *parvum* &, ut vulgo loquuntur, *debilem* fovent: & tandem animadvertendo, qui *Febre* quidem, sed *placida* tamen, ita laborant, certius evadere, quam qui aliis commotionibus evacuatoriis corripiebantur: quos potius pessime habere, vitæ non solum periculum adire, sed damnum ejus familiariter subire, animadvertebam: Agnovi hinc tanto facilius veritatem constantem hujus observationis, & ex illa etiam posthac intellexi veram atque justam *mechanicam rationem* atque *proportionem* solitæ salutaris excretionis hujus Febris, cum motuum *placidorum* typo atque instituto. Peperit mihi profecto hæc observandi methodus etiam circa alias Febres adhibita longe aliam consideratio- nem tam *motuum* quam *exituum* diversorum, qui in diversis *Febribus* differentibus *materiis*, cuique seorsim, manifesta quadam *proportione* tam *physico-mechanica* quam *morali* adhibentur non magis quam debentur: ita ut mussitationes illæ antiquæ de *pugna naturæ cum morbo* (quam illi neglecto *mechanico-organico* apparatu motuum *excretoriorum proportionatorum* non poterant a *priori docere,*) satis liquido in rei veritate fundatæ comparerent &c. &c.

(t u) Diarrhœæ Nutzen oder Schaden) De hoc negotio seorsim agere pollicito, eo tractationem hanc integram differre incumbere videtur.

(x) Gelinder Schweiß, nicht ohne merckliche Erleichterung) Ita omnino est, amant atque servant hæ Febres *sudores lenes,* seu *transpirationes* potius; nempe excretiones tantum halituosas, cum materia excer-

excernenda non *crassa* sit, sed *vaporis* consistentiam præ se ferens. Quamvis autem in aliis, quarum materia adhuc majoris efficaciæ & præsentioris periculi sit, hujusmodi *excretiones* etiam *continuo* quodam motu & successu gaudeant; in hac tamen revera *paroxyzante* specie evidentiores excretionis talis successus atque progressus occupant inprimis non nihil *intepescentis paroxysmi* tempus, adeoque post remittentem præcipuum æstus impetum sese exserunt & emergunt. Incidunt illi, quando omnia reliqua satis recte conspirant, in tempus *summum matutinum* sequentis diei, quo maturius eo melius: & obvenerunt mihi ejusmodi exempla in subjectis continentioribus, & assumtis eo tempore lenissimis alexipharmacis, ut tertia hora matutina exortus *lenis* ejusmodi *halituosus* sudor mox ipso primo, alibi vero tertio aut quarto, paroxysmo patientes ita exquisite sublevaverit, ut illi jam inde non solum nihil gravius, sed omnino levamen evidens, & indies magnis progressibus increbescens & in bonam firmam sanitatem transmigrans, hinc experti sint.

(y) Wer sich nicht warm hielte) *Mensura caloris* Febribus malignis conveniens juxta meam æstimationem & amussim major non esse debet quam quæ omnem sensum frigoris excludat. Unde, ut alterum extremum positivæ nimiæ & *anxiæ concalefactionis*, non multo minus ancipitis & periculosi effectus quam refrigerationum, (licet non æque præcipitis) evitaretur, quantum possum distincte & quasi graphice patientibus inculcare consuevi, ut non æque *anxie*, sed unice quantum ad *sensum* frigoris amoliendum sufficeret, opertum servare corpus curæ cordique habeant. Interim de *actuali refrigeratione*, etiam unius minus assuefactæ partis, v. gr. *pedis*, (proprie, tanto magis autem latius dicti,) impatiens denudatio, aut plane contra murum frigidum plantatio, tum etiam *pectoris*, imprimis profundior ad scrobiculum cordis usque, denudatio, multas & graves in hoc genere turbas & periclitationes post se trahere compos est.

Ut maximi in historia Febrium, & sane merentem, facio *Sydenhamium*, ita commoda certe tali interpretatione fulciendam duco ejus admonitionem, ut patientibus *epidemicis Febribus* male habere incipientibus, quam diu per vires possint, decubitu in lectum interdicatur,

(7) Potissimum *Opusculor. Sect. III. Cap. III. p. edit. Lips. p. 205. Sect. V. Cap. II. p. 282. & de nov. Feb. ingress. p. 659.*

dicatur, sed potius orthostadii manere moneantur. (7) Sane de *lectis plumaceis*, aut stragulis etiam quantumcunque *densioribus* & ad coalescendum promptioribus, imo vero de profundiore & operosiore *incarceratione* in talia tegumenta, valet omnino Authoris monitum. *Orthostadiam* vero quantumcunque *coactam*, ante omnia quæ ulli refrigerationi occasionem præbent, certe serio dissuaserim in omnibus affectibus *acutis contagiosis*, imprimis autem *tenerioribus* quibuscunque subjectis. Alia enim certe res est in vita *castrensi*, ubi diuturno habitu vita illa in libera aura & nuda humo assuefacta multum detrahit illi sensibilitati, quæ prorsus aliter constitutis non solum urbanis, sed mollibus etiam hominibus, familiariter obtingit. Enim vero & Cives minus delicatos & Rusticos laboriosiores ejusmodi diuturniore *orthostadia* æque atque minus exquisita caloris æqualitate non tam certo quam cito paria pericula incurrere cum tenerioribus, manifestissimum est.

Interim illud quod de *aphthis* hic in textu dicitur, & paulo superius in scholiis indicavimus, constans nobis atque certum semper occurrit, inprimis etiam illud de funesto exitu, si *prævaluerint*. Hoc autem, quod *prævalere* dicimus, communiter profecto paucissimo temporis ambitu comprehendi apparuit, inprimis quando *impetu* quodam ingruere contingebat.

Quamvis alias minime contemnamus solertiam *Martini Listeri*, in hac tamen re magnopere desideravimus Viri prudentiam, quando pro novo penitus consilio ad eripiendum ægrum gravi illi periculo, quod ab hoc symptomate patientibus impendere non dissimulat, affert, *ut patiens, simul atque hujus rei indicia emicent, e lecto levetur, adeoque ab omni concalefactione removeatur, & mox cortex Peruvianus affatim ingeratur.* (8) Ego quanquam certo scio, quod hac methodo, tam

(8) Optandum sane esset, ut *Ill.* nostro *Autori* placuisset locorum ex aliis allegatorum proprias designare sedes, cum sæpius frustra pervolvendo citatum ab eo librum nihil reperiatur: Sed ex eo is facile excusandus capite, quod ex tempore, ut ajunt, sua scribat, nec e libris, sed proprio penu, quæ scribit, depromat. Interim locum hic e Listero allatum in nullo ejusdem Tractatuum, attente licet & sæpius pervolutorum, invenire mihi datum. Similia autem his habet *Sydenham opuscul. Edit. Lips. p.* 656. & *p.* 383.

tam refrigeratione quam aliena & contraria usitati corticis Peruviani efficacia, patientibus hac ratione certius acceleretur quam avertatur exitium, malo tamen ex ipsa nuda hypothesi, quam dubia fiducia de corticis hujus efficacia ad omnes Febres in genere, monere, quod serum profecto & minus consideratum hoc videatur consilium. Cum enim ex hac hypothesi cortex hic *aphthas* non directe, sed per indirectum, cohibendo *motus febriles*, a quibus istæ excitantur, compescere & curare debeat; nemo certe facile intellexerit, cur non *mature febrem ipsam totam ita eradicare* expediat, sed *expectandum* prius sit, donec illa *ultimo hoc periculo* & acerbissimo sui symptomate *efferata* ægrum portis mortis admovisse sentiatur. Profecto vero, qui hujus generis res, etiam circa vitam hominum versantes, recte & condigne pensitaverit, duras illas *Gideonis Harvei* expressiones, quas hinc inde non solum in res, sed ipsas subinde personas, stringit, ipsis veris meritis molliores esse, nisi quidem ipse particeps sit talium, non poterit non agnoscere.

(aa) Starb , , , sein zeitlich) Omnino ita esse, uti verba inferunt, provoco ad experientiam. Moneo saltem ut nervus, quem brevitate sua involvunt, non negligatur. Innotuit fere hodie latius, quid in *Variolis*, tum etiam *morbillis*, possit imprudens immodici regiminis æstuosi excessus, quantum *inconstantia* introducere soleant *præcoces* exanthematum eruptiones, & quam familiariter funesto eventui occasionem præbeant. Valet profecto idem, neque quidem pro reliqua proportione, sed prorsus eximie, etiam in *petechiis*. Prææmaturæ & *nimis commotæ* familiariter efflorescunt & largiter & saturatiores ut plurimum : sed non *subsistunt* bona fide : *fluctuant* potius emicando, recidendo : angitur & opprimitur patiens partim *turgescentia* partim *spasticis* angustiis & inquietudine interna & externa, quibus rebus etiam occasiones ulteriores subministrantibus prompte succedit illud *faucium vitium*, cum funesta catastrophe : In magis *plethoricis* incondita talia *regimina*, sed tanto magis etiam *fervidioribus Medicamentis* suffulta, etiam nimis quam præcoces lethales angustias & oppressiones introducunt.

Verbo, uti *refrigerationes* inconsideratæ, inprimis cum jectigationibus impatientibus, tempestivas *eruptiones* aut halituosas *excretiones* impediendo, circa dies criticos funestis eventibus viam sternebant; ita immature & ab ipso universo horum morborum genio alienæ

vehementes *commotiones,* ad inanes expulſiones hydroticas, *placidum* morbi typum *in præceps* agendo, ſanguinem nimium *turgefaciendo,* magnas *anxietates* inducendo, & ita *corporei* motus & *animi intentionum* typum pervertendo, etiam præmature & feſtinanter in lethalem exitum homines agebant.

(bb) Tumultuaria Empirica violenta medicatione, vomitoriis &c.) Bona cum venia Recentiorum, quotquot hujusmodi rebus favent, aut, ſi hoc non poſſit, etiam ſine illa, hoc dico & profecto, volente Deo, non magis conſtanter quam cordate ſtabiliam atque tuebor, quod *Methodi a vera indole & proportione reciproca materiarum febrilium & motuum excretoriorum illis convenientium aliena,* inprimis vero *fortibus inſuper, imo violentis, commotionibus* temerariæ, *tumultuariæ* ſint & abjectiſſima ratione *empirica :* dum non medicamentum aut methodum, quocunque reſpectu morbo proficuum obſervatum, ſaltem minus intellecto modo aut tempore, tentant : ſed nudis aliorum traditionibus rudi quodam ſectandi ritu veſtigia legentes, quicquid ipſis *ſine ratione atque fide* perſuaſum eſt, cœco impetu imitantur. Quis vero ſanam rationem Authorem ſibi allegare auſit, ut materia, quæ *halitus* forma in corpus inſinuata, *in humoribus* præcipuam ſuam efficaciam exſerere ſolita, & ex illis non ſolum *ordinarie,* ſed etiam *tenuiſſime, univerſaliter* quoque, imprimis autem ita *ſalutariter,* e corpore *excerni* chiliadibus exemplorum obſervatur, ut, inquam, hujus indolis *ſubtilis* materia *craſſi muci* aut cujuscunque proluviei ſpiſſioris inſtar, & quidem e reliquo toto corpore, & inprimis humoribus univerſis, *per* ventriculum aliquot *vomitibus* ſive tota ſive ex bona parte exonerari & ejici poſſit ? Quis eadem ratione *ad & per* inteſtina talem materiam quacunque tandem, certe ab ejus indole alieniſſima, conſiſtentia prolui poſſe credat, niſi omnia pariter credere idoneus. Quis illam *aquæ* inſtar intra dimidiam aut unam horam *ſudando* effundere ſuſcipiat, in univerſa maſſa ſanguinis tenuiſſime, & in hac mole humorum veroſimillime ſatis parce, diſtributam ? Quis rationem ſuffragantem habebit, quod non ſolum irritis, adeoque otioſis, ſed etiam operoſis, imo violentis, talibus commotionibus non poſitive *damnum* inferatur, ante omnia vero *typus* & *idea* propoſita *motuum atque temporum* ad juſtiores, imo unice *ſalutares,* excretiones *proportionatorum* in tranſverſum agatur, confundatur, imo quaſi ſigno dato ad alienos tales motus una ſeducatur proſequendos,

ſequendos, juſtiores autem ſuos negligendos? Mihi profectò, Ratione duce & Experientia teſte, nullæ hæ ſunt amplius *quæſtiones*, ſed nudæ atque ſimplices poſitiones & aſſertiones. Ingens argumentum videtur harum rerum fautoribus, quod tamen multi his methodis gaudeant, neque patientes promiſcue inde pereant aut peſſime habeant. Quando vero occaſio feret, ut vel *Gideonis Harvei* tractatum *de Curatione morborum* per *expectationem* cum *Scholiis* rerum & hiſtoriarum denuo in lucem edamus, aut de *Curatione æquivoca* proprium commentarium exhibeamus, ſperamus huic negotio ſatisfacturum iri, ut, quibus eſt aliqua intelligendi dexteritas, nervum hujus argumenti deprehendere diſcant, & fallaciis hujus generis confundi dediſcant. (9)

Quod *vomitum* in his Febribus concernit, ut ille *directe* ad hanc Febrem abſolute nullius uſus eſt, ita ex adverſo vidi hujusmodi exempla, ubi poſt *Vomitoria* in initio data decurſus quidem morbi videbatur tranquillius ſuccedere; ſed revera nulla alia ratione, niſi quod patiens *viribus* graviter deficeret: Interim circa *criticos* e leviſſimis occaſionibus denuo coorti *vomitus*, ut ut omnia reliqua turbabant, ita, niſi nimium quam mature iterum deſiſterent, funeſtum exitum poſt ſe traherent. Vera ſunt quæ dixi lineis hujus periodi ultimis: Wann es je ohne : : mercklichen Schaden ablieſſe. ꝛc.

(9) Crebrius hunc laudat Autorem Cl. Autor nimirum *in Theor. Med. Pathol. p.* $\frac{84}{222}$ *Diſſ. de Multitud. Remed. p.* 47. *LV. de Method. Curat; p.* 30. *XLIII. de Miniſt. Art. Nat. ſalutar. adhib; p.* 28. XXXVII. *de Mult. atque magn. Morb. remed; p.* 11. XXII. nec non *Diſſ. de Incurab. Affect. p.* 8. IX, ubi promiſſum *in Diſſ. de VS. Ped; in fin. Proœmii* jam tacite factum clarius repetit, in hoc autem noſtro loco magis expreſſe iterat. Cui quidem hactenus ſatisfactum fuiſſe non memini. Quod enim *Diſſ. de Curat. æquiv; anno* 1706. habitam concernit, ea hic ſubintelligi minime poterit, ut equidem jam in præfatione obſervationi vernaculæ Autoris *de Metallorum emendatione* præmiſſa dubitare me innui. Cum enim e ſuperius p. 32. allegata *Diſſertatione de Malignitate* appareat, Menſem hunc noſtrum poſt illam ſcriptum eſſe, diſſertatio autem jamjam citata anno 1707, ſicque uno poſt editam *de Curat. æquiv;* prodierit, hanc ſub hoc promiſſo intelligi non poſſe quilibet facile judicabit.

(cc) Weil dieses Fieber typica ist) Dixi, & iterum dico, malignæ hujus Febris indolis indicium est præcipuum, quod etiam *Pestem* ipsam sive *comitari* soleat sive imitari. Quid autem ibi quasi certius deleterii habeat, unde vulgo hominum maculæ tales (si modo revera tales sunt,) die Todten-Flecken appellari consueverunt, non habeo quod *decernam*. Hic certe Halæ varios adhuc vidi & audivi commemorantes, quod in postrema Peste 1682. *petechiis* graviter decubuerint. Quod *suspicer* omnino habeo: nempe *perversam methodum* & remedia *vehementia* uti Pesti (maxime tamen ab illis, qui Pesti non interfuerunt, aut Empiricis quilibet potius quam simplicia & vera fingendi & credendi avidis ingeniis,) destinari, ita *petechizanti* etiam Pesti applicari solita, idem in *pestilentibus petechiis* patrare, quod in *nostris* patrant: idque inprimis ex neglectu non solum *typi* in genere, sed in specie hujus *longioris*, respectu *peracutarum*, septenarii, undenarii, quatuordenarii.

Non modo non dissimulo, sed quam maxime denuntio notumque volo, quod aliquando maculæ hæ effloruerint mox ipso *tertio* aut *quarto* die, aliquando cum ipso *initio* morbi. Sed primo raro hoc contigit, imo per pauca individua: aliqua etiam horum veram *typicam* invasionem plane non senserant, inprimis illa, de quibus dicimus, quod per *initia* statim ipsis effloruerint: erat præterea semel & iterum *peculiaris* talis totius illius anni temporis *petechiarum* quoque mos. Quibus ita eveniebant *sponte* quadam sua, iis nihil eximii periculi portendebant: contra vero perpetuo, quando *arte intempestiva* impellebantur. Verum dico, & credo etiam aliis notatum: *tertianarios* vidi ita leviter *continuitatem* sentientes, ut alterno die etiam *orthostadii* essent: hi sub paroxysmo, non uno solum, sed altero, tertio, *maculas* exserebant, cum paroxysmi impetu senescente iterum delitescentes. Ab alio Medico habeo, quod Vir hujus generis Tertiana affectus, & ab illa iterum liberatus visus, retinuerit talem per aliquot dies & reliquam *fatigationem*, & *crurum* prorsus osteocopam: exhibito *Bezoardico cum regimine* diaphoretico erupisse in pedibus copiosas *maculas*, quibus tandem successive atque moderatius evanescentibus, plenam euphoriam atque sanitatem successisse. Hæc vero particularia sunt, imo individualia.

(dd) Aber-

(dd) Aderlassen) Si usquam quicquam circa opiniones Medicorum dissidentes peculiarem animi adversionem meretur, est profecto hæc *de Venæ sectione in hac febre* disceptatio. Antequam meam sententiam denuo stabilire contendam, placet *Tilingium* de hac materia notare. (10) Satis diligenter citat & allegat sententias diversorum Authorum, nec exiguo numero. Pro *affirmativa Professores, Scriptores Classicos, Doctores* varios, neque paucos omnino: pro *negativa* etiam non nimis paucos, sed propemodum minorum gentium, arctioris nominis, *Practicos urbicos.* Primo omnium ab his externis apparatibus abstrahendum est, & *pondera assertionum* pensitanda sunt. Affirmantes unice *ratiociniis* utuntur, præterea generalibus, de *plethora:* nec usquam attingendum putasse videntur, an *febris* cum plethora concurrens nihil *considerationis aut exceptionis* hic adferat: quin putaverint potius, ut sunt mores, tanto magis faciendum esse. Negantes nudam *Experientiam* afferunt, non singularem aut alienam, sed *suam*, aut certe cum sua. Quæro cui magis fidendum sit, *speculationi* (nam *ratio* circumstantiis omnibus par minime est,) an *observationi & experientiæ?* Profecto, quicquid alii sentiant, ego Experientiæ calculum adjicio & secundum illam rationes afferendas esse judico. Et optandum profecto esset, ut, qui dictis aut scriptis alios in his rebus instruere suscipiunt, ante omnia cordi haberent, vel suam *Experientiam* sincere & bona fide pro fundamento habere, vel, si sufficientem & constantem allegare non possint, aliorum *in praxi* locupletiore constitutorum adhibere, aut certe ad minimum non negligere, sed, si nihil aliud, at pro memoria, uti jacet, consignare atque recensere.

Quod ad me attinet & imprimis circumstantias illas, quid *Venæ sectio in his febribus* sive sibi de reliquo relictis, sive sub methodo placidiore & Naturæ in universum convenientiore effecerit? aliter dicere non possum, quam in epistola dixi, nempe quod ab illa quasi certo lethalis exitus successerit. Neque verò hoc solum, sed erant etiam spontaneæ hæmorrhagiæ, alibi per initia alibi indicatoriis, rarius criticis, diebus, ita mali ominis, ut etiam ab illis communius funestus exitus subsequeretur. Ego certe illo tempore toties, magis

(10) Ulterius & prolixius hæc tractantur tum in *Diss. de VS. Patrocin. Cap. VI. p. 36*, tum in *Diss. de VSne in Acut: Th. XXVII. seqq. p. 12. seqq.*

gis privatim quidem ſed tamen diſerte, de hoc periculo non tam verbis quam oblatis hinc inde exemplis proteſtabar, ut inde Magiſtratus Civitatis, cum etiam ex ipſorum medio & affinibus unum alterumque exemplum meis præſagiis examuſſim reſpondiſſet, proprio motu balneatori atque tonſoribus in curiam vocatis ſub clauſula pœnali interdicerent, ne patienti febriles inſultus præ ſe ferenti venam ſecare auderent, niſi Medicus conſultus id ſuaſerit. Erant enim, qui libertatem hanc ſibi nollent, (licet minime promiſcuè, ſed nihilo magis ſub certa atque firma electione, verum potius tanquam juris uſurpandi cauſa,) eripi, ſed illam hinc inde ſuaderent, quantum quidem mihi inde reſcire eveniebat, rariſſime cum felici eventu.

Minime nego, quod hinc inde etiam adhibita Venæ ſectione patientes tamen Vitam ſalvaverint; ſed illud aſſevero, (1) quod etiam adminiſtrata Venæ ſectio *uſum nullum* habuerit, ne dum *neceſſitatem* ullam, (2) quod nuſquam *periculum* non poſt ſeſe taxerit: (3) cui plane *peculiari methodo*, quamvis revera a Medicis minime intellecta, bono fato ſubventum ſit; tali nempe, quæ *Vena ſectione non præmiſſa* ſemper *periculoſa* ſit: (4) imò præmiſſa Venæ ſectione, ſi incondite & *præmature* adhibeatur hæc methodus, nihilominus lethalem exitum poſt ſe trahat.

Nemo profecto, niſi qui his rebus animum ſolertiſſime adhibeat, æſtimare poterit, quantus uſus ſit *ſolida Experientiæ* ad firmas *rationes ſive theorias* colligendas. Notavit, & profecto, quantum mihi liqueat, primus, *Sydenham* de *contagioſis* febribus, *quod in quibus V. S. deliberata ſit, circa illarum periodi finem exhibenda ſint*, quæ ille & populares ejus vocant, *Cardiaca:* alias, (quod quidem ille aliis terminis juxta ſuam præfigurationem eloquitur, rotundus autem ſenſus eſt) *mori* ægros; (11). Rem ipſam profecto examuſſim dixit nempe juxta nudam, ſed ſane ſolertem atque ſolidam, experientiam, & ex eadem ſine dubio, *Cardiaca* illa non temere *ſtatim* & per totum decurſum *æqualiter* adhibenda eſſe voluit, ſed verſus *terminos* periodi *criticos*. Interim, niſi etiam hæc res magis *ſcite* quam ſolum

(11) *Op. Med; Sect. I. Cap. IV. edit Lipſ; p. 71. ſeqq.* Vid. etiam *Diſſ. de VS. in Acut; Th. XXXV. ſeqq. p.* 14. & *de Febb. comp. ex acut. Period; §. LXII. p.* 45.

solum *perite*, administretur, offensio evitari non potest, irrevocabile detrimentum post sese trahens: De quo mox.

Interim quod hæc methodus *præmissa venæ sectioni solum* necessaria sit, ex eo dilucescit (1.) quoniam, ubi Venæ sectio non usurpata fuit, non convenit. (2.) ubi etiam usurpata fuit Venæ sectio, non nisi peculiari modo tempestive adhibita convenit: adeoque (3.) neque Venæ sectio sine hac, neque hæc sine illa, grandi periculo vacat: (4.) interim etiam utrinque & recte adhibitæ nihilo magis nihilo melius patienti conferunt, quam si omittantur: (5.) imò verò tantum abest, ut certius patienti medeantur præ alia methodo, ut revera longe majori periclitationi patientem exponant, quam contraria methodus. (6.) promiscue verò & ordinarie adhibita hæc methodus certissime longe maximam partem funesta futura esset: (7.) quod etiam sic satis sæpe ipsi evenit, quando etiam *plethoricis* dicatur, si illi *promptiores fuerint ad hæmorrhagias.*

Nempe modus nocendi proprie in eo fundatur, quod sanguinis ventilatione Natura quasi signo dato invitetur *ad exonerationem per Sanguinis* sinceri *excretionem*; inprimis parva illa quantitate, qualis apud nos in usu est pro Venæ sectionibus. Ad has, quando *criticis diebus* iterum respectat, & motus eo necessarios apparat, stringuntur his motibus illæ *viæ*, & invertuntur illi *motus*, quibus *excretio horum morborum materiæ proportionata* absolvi debeat. Unde illa materia non solum retenta efficaciam suam in humores & corpus libere exercet; sed etiam *congestione* Sanguinis *hæmorrhagica ad supremam regionem compulsa* tragœdias suas ibi agit tum *internis* sensuum atque mentis perturbationibus, tum *exteriore* illa aphthode oris interni, faucium, imò *œsophagi* & *ventriculi*, & probabiliter asperæ arteriæ, corruptione, nisi mors maturius prævertit, *sphacelosa*.

Harum rerum Veritas non ex *speculatione* sed *observatione*, mihi innotuit: Rationes autem hujus ex prudenti utique consideratione & comparatione.

(ee) Sudores selbsten &c.) allegatis superius *Riverio*, qui calida alexipharmaca dissuadet, *Sydenhamio*, qui ægros, quamdiu per vires possint, lectis abstinere vult, hic merito tertium adjicimus recentissimum, *Baglivium*, & hæc & *alia plura*, & profecto non leviter, mecum sentientem, dum, calidorum Alexipharmacorum intempestivo usu, (tanto magis certe in calidiore sua patria,) maligna febre

laborantibus *inflammationes viscerum* incuti testem citat *autopsiam macularum gangrænosarum* ita mortuorum, in intestinis imprimis. (12).

Nempe tantum abest, ut *impetuosa concitatione* aut *excretione* sudoris in his affectibus operæ pretium fiat, ut potius ipsa *ratio* refragetur, quod in humores diffusum *intra hora fortè spatium* directe & absolute e corpore effluere possit.

Loquimur enim omnimodo hoc loco de *sudatione* vulgato more intellecta atque instructa, quando vel nudo *regimine* anxie calido, vel obtrusis insuper fervidi effectus *medicamentis*, *sudor* imperatur. Et hoc insuper, o mores! sine ullo intellectu, & consequenter respectu, *dispositionis & motus paroxysmorum*, quin potius *sub æstu*, aut *versus paroxysmum*, id est *versus æstum*.

Dolendum dicerem, si dolendo rei consuleretur, quod Veterum experientia non in animum admissa, nedum, quod omnino opus erat, *magis exculta*, præsertim propiorum temporum præposteris ingeniis & discernendi impatientissimis occasionem præbuisse videatur ad promiscue & intempestive applicandum *usum Sudationis pro febribus*. Cum enim rectissime Veteres passim innuant, quod *Diaphoreses* omnibus febribus (nempe *qua talibus*) optime conducant, visum est talibus *promiscue* tam ratione speciei quam *temporis* & *mensuræ* his eximiam illam laudatam efficaciam exhibere: nempe eleganter ad sensum plebejum: Des Guten könne man nicht zu viel thun.

Ego *rationem*, sed prævia ubilibet *experientia*, Authorem facio, quod neque *sudatio* plebejo sensu nec *intempestiva* aut *intemperans* ad illam *commotio* per *medicamenta* calida, sanguinem vehementer *commoventia*, locum *in ulla* febre habeant: *periculum* autem ingens *in malignis*.

Unde quæso illa, inprimis propiorum temporum etiam, Medicorum querela, quod in *peste* & febribus valde malignis frequenter occurrant patientes *spastica cutis strictura* adeo pertinaciter affecti, ut etiam, si vehementer caleant, tamen in sudorem nullatenus impelli possint? Quæ verò fœminarum est ægris subservire suetarum, quæ nesciat, anxios illos *calores* etiam benignius febricitantium, quibus *sub æstu* paroxysmorum non modo fervere, sed etiam rubere & turgere

(12) Eandem experientiam citat etiam in *Diss. de Morb. Acut. Veteri p.* 29. §. *LIII.*

gere commoto sanguine, ordinarie contingit, nihilominus tamen e pumice facilius quam ex illis eo tempore aquam expellere.

(ff) Unnützes beständig-anhaltendes Schwitzen) Eveniunt interdum hujusmodi casus, quando tum in *simplicioribus* continuis tum *compositis* respectu paroxysmi non adeo æque *intempestive*, sed solum respectu modi atque mensuræ *immoderate*, copiosæ nempe, *sudationes* provocantur, & actu etiam obsequuntur: quin etiam forte adhuc minus tempestive ante paroxysmum, aut sub fervidiore adhuc calore, provocatæ in subjectis ad sudandum alias admodum promptis (quamvis sæpius etiam hoc non sufficiat) etiam erumpant: *copiosæ* utrinque, imò *effusæ*. Tales sudores familiariter deinde *continuo* pergunt, *debilitant* & exhauriunt patientes, nec interim quadrant *halituosæ* excretioni, utpote quæ hujusmodi *aqueis* effusionibus potius obruitur, & veluti præfocatur. Sæpissime verò, inprimis in *plethoricis*, *obstipant* hujusmodi repentinæ sanguinis *turgefactiones* porosam universam cutis texturam, ut nullus sudor progressum debitum nanciscatur.

(gg.) Hitzige Artzneyen zu schwitzen) *Nihil hic impetu prospere geri*, perpetuo notandum: imò simpliciter in nullis usquam *febribus*. *Calida* sanguinem *turgefaciunt*; quod ipsum methodus sive, ut loquuntur, *regimen* vehemens cito intendit. *Excretio lenis* atque *placida* ita prorsus turbatur, adeoque intemperans eruptionis excessus omnia turbat: Quod etiam in *variolis* periculosum, imò familiariter *funestum*, est: quin in omnis generis *febribus* damno certo propius quam ulli bonæ spei. Quæ de abundante ita quantitate & calore dicta vera sunt.

(hh) Fasten und Wachen) (ii) deliriren: Ungento alabastr.) Practicis affatim nota hæc sunt, sed negotiosis speculatoribus & Dialecticis, (sed e propriis suis locis communibus) quos Galli *Raisonneurs* appellant, aliter videtur. Hi namque non solum cum mulieribus metuunt, imò verò obsistere satagunt, ne patiens *fame moriatur:* quod contra peritiores fœminæ ægris assistere solitæ joco apophtegmatico longe veriore negant: Es sterbe kein Patient Hunger, er fordere ehe selbst zu essen: Non, inquam, hoc tantum; sed multum etiam sui officii ducunt, ne æger *vigiliis* una cum fame vires omnes deprædantibus nimio plus debilitetur: Unde inventillo pulcherrimo, *Opio* promiscue ingerendo, invigilant, & subinde

 mi-

miserorum patientium etiam laudem reportant, *sed non diuturnam*, de quo post.

De *Doloribus* capitis *gravioribus* illud unicum noto pro illis, quibus non satis notum est, quod illos per initia quidem *Camphora* satis leniat: in progressu verò non æque: melius autem tunc *Unguentum alabastrinum*. Iterum dico, *leniat*. *Febris* hæc & aliæ acutæ *sine omni dolore* capitis perpetuo *deteriores* sunt.

(kk) Emulsiones) E *seminibus frigidis* paratæ uti sponte quoque prompte *mucidæ* & tenaces fiunt, ita in ventriculo etiam familiariter exquisita incommoda pariunt, flatulentæ inprimis, aut alias valde anxiæ cardialgicæ, angustiæ. Augetur hoc nimium si aquæ calidiores, ut *Cinamomi*, penitus exulent; aut ad minimum *Saccharum*. *Pinguiores* autem ex *amygdalis*, *pineis*, longe plus prosunt, absque ullo incommodo, modo *Sacchare* non destituantur. Meretur circa has res veram laudem *Aug. Thonerus* in suis illis laudationibus sapidarum potiuncularum præ insipidis in Febribus. Quorsum etiam usum *Acetositatis citri* referre placet, sub lit. *e* laudatum.

(ll) Es möchten Petechiæ folgen, oder nicht) Certe sub prudente morbi moderatione & medicatione quoque, uti notavimus, tam frequenter *non sequebantur* maculæ apud alios, quam apud aliquos sequebantur. Certissime *pauciores*, aut *minores*, aut *pallidiores*, quando omnia placide gerebantur: Certe contra, si quidquam impetu fieret. Unde quidem minime tanti erat mihi, sive apparerent maculæ illæ sive non: modo reliqua ordine procederent.

(mm) Zeitlich) Argumentum meum, imò documentum, adversus irritas Theorias atque Therapias Febrium acutarum, tam simpliciorum quam malignarum, moderno usu passim solennes est inprimis illud, quod hæ febres *sine omni artis interpellatione* ita servent tempora sua, ut intra *periodos criticas* vel pereat patiens vel ad sanitatem redeat: *artificiis* autem illis periodi in longas moras & varias sibi alias insolitas *anomalias* totius sui typi conjiciantur. Unde non recte progredi hæc artificia, non solum hinc velut a priori certum est; sed etiam illinc a posteriori, quia veritatem, dico fontem veritatis, DEVM, testem invocare mihi integerrimum est, quod illa mea methodo nullo uno exemplo, nisi manifestarum a patientibus commissarum ataxiarum, febris hæc (imò aliæ quælibet acutæ) unquam ita evagata sit, quin intra 14. dierum, rarissime 20, ambitum

tota

tota & in solidum, nempe ad firmam sanitatem, restituta sit, aut æger fatis suis cesserit.

(nn) Vermehrte die Dosin des Pulvers bey Durchfällen:) Ita est sensus propositionis, quem Typographus corrupisse censendus est, commate interposito & colo post vocem Durchfälle omisso. Dico, sensum esse debere, quod *pulveris* doses augeam, seu potius repetam brevioribus intervallis, si *Diarrhœa* negotium faciant; Pulverem inquam *nitratum:* Et hoc ipso ita *Diarrhœas* illas pro lubitu compescam.

(oo) Vera hic dico, & audacter ad illam Provinciam provoco. Non enim parvus mihi numerus, sed facile *sesqui mille*, patientium hoc temporis intervallo obtigerant, quorum, quod infra moneo, revera parva portio, & ausim asseverare minime vigesima, (inprimis deductis, qui jam agoni proximi consilium petebant,) moriebantur.

(pp) Symptomata vere urgentia) A Practico e modernis, tamen etiam, ut fere solent, proprii sui cerebri, illo ipso tempore audiveram, *omne symptoma urgere.* Scio quod pauciores hic consensuri sint verbis: sed pariter etiam scio, *factis* omnino multos consentire: dum nimium quam proclives sunt ad convolandum ad retundenda symptomata, etiam manifesto morbo ipsi directe inhærentia.

(qq) Sine præjudicio) Merito hoc statim subjicio, quod symptomata impugnare, morbo ipso non impugnato, maxime ἄλογον sit, & omnino satis raro, imo vero vel paulo importunius nunquam, fieri possit, quin primario affectui præjudicium aliquod inde impendeat. Valet hoc ante omnia in Febrium negotio, ubi activitas præcipuarum commotionum NB. *salutaris* non potest non turbati turbatis non solum immediatis sui effectibus, quos nempe utrosque incondita illa usitata febrium Theoria seu Pathologia pro *meris morbidis affectibus & effectibus* interpretari solet. Ubi certe multa occurrunt, quæ in lapidem hunc offensionis gravissime impingunt; ut, dum symptomatibus *seorsim* consulere sperant, ipsi primario affectui multum præjudicii inferant, quod maxime cavendum. Agitur de hac materia, neque quidem obiter, si res recte æstimetur, Dissertatione *de Venæ Sectionis usu in acutis febribus.* Certe *Vomitus, Purgationes, Venæ Sectio, refrigerationes, Opium*, quantum hic, una cum *intempestivo* usu calidorum, detrimenti inferri possint, κατ' ἄνθρωπον argumentari licet ex illa diversitate, quid nudus abusus *vini aut crapulæ*

differentiæ exhibeat in homine cætera ſano, & contra hujusmodi Febre correpto. Nempe multa, quæ *ſine reſpectu* hujus *febris* minimè conſideratu digna fuiſſent, *ſub hac* non ſolum *aliena* ſed etiam *pericu-loſa* evadunt. Quod bene notandum.

(rr) Turbiret werden) Eodem hoc reſpicit, nempe quod *primaria febris indoles* facile turbetur ſive patientis incontinentia ſive Medici operatione adverſa &c.

(ss) Auf mein Gewiſſen zu nehmen) Animavit me ad hanc aſſertionem formandam imprimis animi adverſio planè diligentiſſima ad magni numeri patientium evaſionem ab hac febre (imò etiam aliis) ſimpliciter *αυτοκρατικὴν*, id eſt, *ſine ullis artificiis & uſitatis materiis medicis* peractam. In his enim elucecit, atque gnaviter attendentibus etiam dilucecit, vis illa vere Medica, qua non ſolum *Naturas morborum medicatrices eſſe* Hippocrates aſſerit, ſed etiam *methodus*, qua ipſas *Naturas etiam ſine Medico*, ſed non niſi *Medicina*, ſanitatem reſtituere inculcat. Neque hoc ſolum, ſed illa etiam, quæ cum hac pari paſſu incedunt, quod quæcunque etiam alia medicamenta *niſi cum illis methodis*, *quibus ipſa Natura* ita *ſalutariter* ſibi conſulit (ſanæ etiam rationi conſonis) & quidem curioſe atque ſtudioſe ſervatis, nihil proſint. Adeo, ut rem ſine præjudicio alio æſtimando potius rationi conſentaneum ſit, medicamenta illa non aliter, quicquid proſunt, præſtare, quam ut ſimpliciter illas methodos, *excretiones* inquam illas earumque *ordinem*, provocent, quas etiam *ſponte* ſua *ſibi* quantumcunque *conſtans* Natura excernere *ſalutariter* conſuevit.

(tt) Einrichtung) Hanc medicamentorum, convenientium inquam, *inſtitutionem* ſecundum paroxyſmorum motus in omnibus Febribus pro anima curationis habendum monſtrat imprimis ipſa Praxis. Nempe, cum *Paroxyſmi* ſint illi ipſi *Naturæ conatus atque apparatus*, *quibus ſalutares aliquas ſecretiones atque excretiones materiæ præcipuæ adornare molitur*, ſi ipſi hoc ipſo tempore *ſuccurratur materiam præparando*, *vias diſponendo*, *motus ſecretorios & excretorios placide gubernando*, fit ita recte atque ordine quod fieri omnino convenit. Cum intermediis temporibus Naturam novis laboribus fatigare, adeoque nullam ipſi undique quietem concedere, indignum ſit.

(uu) Alexipharmacum zur Unzeit) Modo dictis conſonum hoc eſt, adeo, ut ſi in hoc genere Alexipharmaca, inprimis *calidiora*, proximè *verſus paroxyſmos*, cum *regimine* imprimis, exhibeantur, patien-

tientes non solum in hac, sed etiam *simplicioribus* acutis, imprimis autem *æstuosoribus*, febribus, non solum certo in *paroxysmi* vehementissimam exacerbationem æstuosam, sed omnino sæpenumero in *totius febris* vehementiorem exagitationem, &, ut rectissime monet *Baglivius*, etiam *inflammationes internas* funestas conjiciantur, non alia, aut certe non majore ulla, quam hujus perversæ methodi ita adhibitæ culpa.

(xx) Differenz an wenig Umständen) Ita est certissime. Si enim Alexipharmaca talia, tanto magis autem ipsa quoque *temperata*, imo *regimina* solum (sed ipsa quoque *moderata)* sudorifera, *sub* paroxysmorum *finem* potius prudenter adhibentur, certissimum usum afferunt: Si non satis prudenter, tamen minus damnum quam *versus* paroxysmum adhibita. Certe enim ratio dictat, commotiones *sponte* insolescentes, uti hic (licet per accidens, seu potius nudum, certum tamen & necessarium, consequens) æstuosas, eo ipso tempore *arte* intendendas & augendas non esse. Quod etiam de aliis Febribus earumque paroxysmis valet, ne scilicet in illis *motuum* conamina sponte etiam consurgentia temere augeantur, sed potius *materia* solum ad expeditiorem motus effectum disponatur, aut, si hoc non possit, tamen nec illud etiam, quod non debet, suscipiatur.

(yy) Unnöthigen Regimine) Iterum iterumque dico, quod *regimen* sudoriferum, quale vulgo hominum placet, non quadret malignis Febribus.

(zz) Opium lasse man von diesen Fiebern) Me judice certe non hic solum, verum alibi etiam plerisque locis, jure tamen æquo atque bono, arceretur Opium. Non damno absolute usum hujus succi, quamvis ego illo ita, uti vulgo volunt, absolute nunquam, nec etiam alias vel intra plures annos semel, uti sueverim; nec etiam illo usquam opus habeam, dum nunquam *symptomata*, sed semper ipsum affectum, aggredi laboro. Antimonium, quamdiu vomitum cieat, boni viri medicamentum non esse, Helmontius statuit: Ego Opium, quoties copiosius datur, & non cum certa & experientiæ manifestæ indubia atque sensibili, *præcipui primarii affectus* vera simul, mitigatione materiali, sed potius cum verorum hujus *motuum* præjudicio, boni viri remedium non esse audacter assero.

Spero

Spero autem, imò toto corde voveo, quin confido, fore ut immanis illa, & non certe nunquam etiam *maliriosa*, impostura, imò nimis sæpe gravissima ægris damna incutiens, uti jam passim infamis est, ita tandem etiam ab honestissima Arte Soteria exterminetur, qua nempe polypragmones callidi atque calidi illud imprimis patientibus maximopere imputant, quod egregia illa sua remedia *mox sensibiliter patientem solentur*. Sed certe *pessima*, imo *nulla*, *fide* occultant, imò aliis rebus, & imprimis ipsius morbi malignitati, imputant, *quod non diu hoc solamen duret*, nedum *constanter*, sed potius *in graviora*, *& passim funesta*, *consectaria ruat*, imò verius ducat & conjiciat. Ut jam illud taceam, quod tandem etiam honestiores sensuros esse confido, quod *intempestivis sopitionibus omnes morbi a vera sua indole facile in transversum agantur*, *& anomalos*, *imò simplici veriori methodo etiam* posthac *refractarios*, malos mores sortiantur: Unde quidem mirum non est, quod tam vulgata hodie sit accusatio febrium malignarum, sive, uti non injuria elegantius loquuntur, *mali moris:* Cum medicationes *mali moris* etiam morbis *malos mores* concilient.

XIV. De Alvi libero Successu, imo subinde Fluxu, in Febribus Petechizantibus, & peculiari Remedio Laxativo, Experientia suffragio interposito per hanc ipsam observationem, ad illas Febres commendari cœpto.

Mens. Jun; Opusc. Chym-Phys-Med: p. 664.

FEbrem *Petechizantem*, quam præcedente Mense Majo memoratam tam historice quam Medicè descripsimus, & ad Veterum *Quotidianas Continuas* & ipsorum sententia *Phlegmaticas*, Recentiorum autem *Catarrhales*, retulimus, inter alia ipsi consueta symptomata etiam hoc habere notavimus, ut ad Diarrhœas admodum proclivis existat. Simul autem etiam, quantum nostra observatione assequi potui, illud asseveratur, quod Diarrhœæ tales ullum quidem positivum emolumentum febribus his afferre non sentiantur: Interim autem neque damnum aliquod notabile inferant, sed in comparatione ad alvi adstrictiones, semper in hoc affectu deteriores deprehensas, his anteponendæ, nempe minus periculosæ censendæ, veniant. Scripsi hoc ab experientia præter fidem tam sterilium quam, ut exempla innuerant, etiam plus minus diffusiorum quorundam Practicorum numerosa. Cui ut lucem aliquam accendam, illud unum dixisse fuisse-

ſuffecerit, quod uſitata mihi non e Praxi per compita, ſed ex honeſta ſtatione & ſufficienti ſalario, jam illo tempore vivere ſueto potius ægris fideliter inſerviendi, quam larga ſoſtra poſtulandi, cupiditas tantum numerum ægrorum ex illa iſtis annis populariter graſſante febre decumbentium conciliaverit & adduxerit, quantum alteri iſti vel credere non potuiſſe fruſtra infidis ſuis literariis colloquiis & teſtimoniis, ſi talia haberi debuiſſent, falſis, nullo ipſorum honore, temere in publicum productum profitebantur: Cui rei tanto majus pondus addebam, quod Divina Benedictio, cujus in honorem hoc dictum volo, cum ratione & induſtria ſuſceptis meis Therapiis exoptatos ſucceſſus largita, tanto magis hoc effecerim, ut in populari illarum provinciarum tenuiore fortuna conſultus ducerem potius eo concurrere, ubi cum ſpe felicis ſucceſſus etiam plurimum diſparis ſumtuum rationis ſecuris eſſe licebat. Cujus, niſi tota provincia gratam memoriam ſemper teſtata eſſet, nec ipſe mentionem facere voluiſſem; imprimis cum tanti non eſſet neque teſtium talium neque producentis meminiſſe. Sicut autem propenſionis hujus ad Diarrhœas etiam ita mentionem feci, ut illam quam plurimis exemplis non interveniſſe, adeoque ipſum ejus actum ad eſſentialia hujus febris ſymptomata non trahendum eſſe, ſatis, uti ſpero, diſerte annotavi; ita hoc ipſo alieniſſimum utique me oſtendi ab ulla agnitione, ne dum ſuppoſitione, qua non ſolum inſigniter utilem, ſed plane ſalutariter decretoriam, talis alvi fluxus in his febribus efficaciam probare aggrediuntur. Aliquot certe annis poſt productam meam de hoc negotio obſervationem æviterranei Medici Bibliotheca ab hæredibus divendita, inter alios, quibus inſtructa fuerat, codices propiorum retro duorum ſeculorum ad manus meas pervenit *Gerhardi Columbæ, Meſſanenſis, liber de Febribus Peſtilentibus, Meſſanæ in Sicilia*, & aliquo poſt tempore etiam *Francofurti apud Weigelios*, impreſſus; qui totius libri ſcribendi occaſionem ab ipſa hac febre tunc temporis nova deſumens in ipſa præfatione, ubi hiſtoriam hujus breviter recenſet, illud in parentheſi profitetur, quod hæc febris illo tempore alvi fluxu per hanc inferiorem humorum depoſitionem judicata. Quod tantum abeſt, ut ad ſolum illius ægri, diverſorum ejus temporis famoſorum Medicorum opinionibus & conſiliis varie & incaſſum vexati, eventum referat, ut potius in antecedentibus fluxuum, ut talium, judicatorium effectum tan-

quam in genere adseveret. Quibus aliorum sententiis hæc narratio ansam præbuerit, nihil attinet dicere; Ego experientia ipsa nixus paria cum *Columba* asseverare neque potui, nec hodieque possum. Accidit autem interim, ut anno circiter *nonagesimo sexto* præteriti seculi a Viro extra Medicam scientiam atque Praxin constituto, a Medico tamen, ut fama ferebat, ipsi commendatum, pharmacum innotesceret, quod, præter Mixturam Simplicem insigniter acidam formatam, purgantem quandam Compositionem complectebatur. Exhibebatur hoc Petechizante febre adhuc illo tempore laborantibus cum sensibili successu: trahebat etiam post se ita largas dejectiones, ut exempla non defuerint, ubi plus viginti, nisi quidem triginta, dejectionibus per singulos dies exerciti ægri tamen non solum nullum vitæ periculum adibant, sed potius a gravioribus symptomatibus liberati ad sanitatem redibant. (13) Bene hactenus, quan-

(13) Medicamentum, cujus hic mentionem facit Cl. Autor, *Elixir Polychrestum Hallensium* esse, tum ex ejus *Diss. de Error. Pract. circa contagios; malign. Febb. curat. evitand: p.* 27. §. *XXXIII.* patet, ubi expresse illud nominat atque de eo judicat: tum etiam *e Casual. MSct.* „*Colleg. Cas. de Febr. Petech;* cujus verba hæc sunt: Nota est vulgo per „famam efficacia illius Medicamenti maximam partem ex purgantibus „compositi, nempe *Elixiris Polychresti,* quod Febres has per laxationem „tollere venditabatur: Cum autor illius, nempe Ecclesiastes Dominus „*Fischerus*, ex Hippocrate ratiocinaretur, quod *Alvi solutio Febres curet*; „ego statim opponebam Experientiam, quod nullus patiens per laxatio„nem restitutus sit, &, si quem usum hic præstare medicamentum debe„ret, eum non laxatio, sed aciditas, efficeret. Unde etiam hujus medi„camenti Dispensatores cautius hoc medicamento mercari didicerunt, quip„pe sæpe in magnas viscerum atonias patientes dejecti sunt; Man hats „dem Elixir zugeschrieben, als wann es die Fieber alleine curirte; allein „es sind viel 1000. Menschen restituiret, die es gar nicht gebraucht haben. Tales Febres semper in recessu habent aliquid taciturni, clande„destini, & maxime dissimulati, & talibus remediis malignitas earum non „cicuratur, sed potius in contrarium ruit: Die Leuthe sturben damals „so sehr, daß es zu verwundern war. Nam præoccupatione præjudi„ciorum Empiricorum circa usum calidorum non licet bis peccare, citius enim

quantum ad experimentum ipsum attinet: non æque autem illud, quod effatum *Hippocratis* tanquam universali acceptione ad suffragium vocabatur, quod *soluta alvo febres solvantur.* Cui propositioni

 sicut

enim malus succedit eventus. Revera quicquid de hoc negotio, nempe,, *de usu Purgantium in Febribus malignis*, scriptum est, cum grano salis,, intelligendum, & summa cautela hic opus est: Quippe per talia medi ,, camenta, non ut Laxantia, sed Acida, idem obtinui, quod per alia his,, symbolizantia. Wann man dieses Elixir Polychrestum giebt, und,, nicht dabey viel zu Trincken, ja recht den potum obtrudiret, so hats,, keinen guten, sondern recht schlimmen, Effect. Dann 🜖 Vitrioli will,, sehr diluiret seyn. Et pariter e *Colleg. Casual. MSct. alter; Cas. de Feb. Petechiz. per Feb. Petech. communicat;* ubi ita differit: De Medicamen-,, to illo Antefebrili, quod venditur in *Pharmacopolio Glauchensi*, aliquid,, hic dicere locus fert: Paratur ex *Oleo Vitrioli* & *Purgantibus quibusdam;* sed propter extremam suam amaritiem assumtu nauseosum est.,, Non quidem universale est specificum, sed Febris manet & perdurat sta-,, tum suum tempus usque ad diem VII, imò IX. aut XI; attamen conti-,, nuato ejus usu Symptomata multa leniora evadunt: Effectum autem,, suum exserit laxando, sed opus est ut multum simul bibatur: Primo,, dantur forte gtt. *XL.*, interea potus sufficiens conceditur, & continua-,, tur ejus usus per singulas iij. iv. horas, donec Laxatio subsequatur, ubi,, tamen minuenda est dosis ad gtt. *XXX.* Illud adhuc noto de *Remedio*,, hoc *Laxante Glauchensi*, quod *abusus* magis quam moderatus ejus usus,, *summe debiles* & *dejectos* relinquat Patientes, ita ut diu vires recolligere,, non possint, imò libenter & facile in Febres lentas incidant: ubi utilem,, observavi meam *Ess. Alexiph;* Sicut etiam alias eam ita commendare so-,, leo, ut Morbo jam profligato adhuc tamen illa per tempus adhibeatur;,, fructus enim inde semper sensi optimos. *Porro ibid:* Elixir illud in-,, terdum insignes attulit anxietates, quibus efficaciter opposui *Nitrosa.* ,,

XV. Febricitans per Elixir Polychrestum Hallense restituta.

VIrgo XVI. annorum, nescio an æque tali, febre laborans, tertio quarto die periculosa Symptomata habebat, ut desperaret de Vita. Inceperat Affectus a Tumore anginode, qui in

ſicut univerſa febrium cohors reclamat, dum alioquin negotium utique foret admodum exoptatum, ſi febres ſimpliciter & ſine diſcrimine nuda alvi ſolutione, adeoque vere per brevem manum, ſolvi poſſent: palam utique eſt, quod hoc effatum *Hippocratis*, quod ajunt, cum grano ſalis accipiendum veniat, & non niſi certis caſibus atque circumſtantiis potius febrium quadrare poſſit, quam vel ad totum genus, vel certas exquiſitas ſpecies, febrium trahi conſentiat.

Quemadmodum autem tam ex allegata præcedentis Menſis obſervatione, & ibi memorata Febris Petechizantis hiſtoria, elucet, quod hæc febris ad diarrhœas pronam ſeſe oſtendat; quam hoc experimento remedii cum poſitiva alvi ſubductione operantis & manifeſto utilem effectum aſſecuti etiam utilitas hujusmodi evacuationis in hac febre ſe commendat: ita malui tamen intra limites

---

in Petechialibus magis ſuperficialis eſt & eryſipelatodes, cum æſtu febrili & anxietatibus inſignibus circa Præcordia. Remedia adhibebam conſueta ſine inſigni effectu: Dabam hoc Medicamentum per 4. 5. dies, notabiliter ſublevabatur: Alii adhibuerunt in 7. 8. uſque diem cum manifeſto levamine.

Videri etiam poterunt, quæ de hoc Medicamento inferius diſſerit in *Reſp. ad Quæſt: An Spiritus Vitrioli copioſe ſumtus ſit Venenum?* Prolixiorem autem de eo notitiam deſiderans adeat *B. D. D. Chriſt. Frid. Richteri* Höchſt-nothwendige Erkänntnuß des Menſchens, *Part. II. Prælimin:* §. 13. *p.m.* 526, ubi ejus *Origo:* §. 50. *p.m.* 553, ubi ejus *Succedaneum*, Eſſentia nempe Hypochondriaca; *Et denique Cap. IX.* §. 94. *p. m.* 779, ubi ejusdem *vires & utendi modus* deſcribuntur. Nec reticenda celeberr. *D. D. Hofmanni Diſſ. de Diarrhœa in Febb. Malignis aliisque Acutis Morbis ſalutari*, cujus §. *XIII.* ſimiliter hujus noſtri Remedii hiſtoriam enarrat. Denique autem *Præparatio* ejusdem traditur in *B. D. D. Gottfr.* Rothens Anleitung zur Chymie, *p.* 158, quam quidem etiam jam olim apud Batavos ab amico mihi communicatam memini, in hoc a Rothiana differentem deſcriptione, ut addatur:

Mixturæ Simp: ℥j. *Extr. Panchym. Croll; & Colocynth;* aa ℈iv:

Cum *Rothius* in

Mixtur. Simpl: ʒvj. *Extr. Panchym. Croll; ſolius* ʒj. terendo ſolvere jubeat.

mites me continere, & illud ſolum aſſeverare, (1) quod Diarrhœæ tales ſpontaneæ huic febri ſupervenientes nihil adeo metuendi portendant: (2) quod ex adverſo ſtipatio alvi ſemper periculo propior, &, quanto pertinacior, eo deterior manifeſtis eventibus deprehendatur.

Quæ res non ſolum ad ſimplicem Prognoſin, ſed tanto magis ad ipſam ſolidam Therapiam, non magis utilis quam neceſſaria ſcitu illum utique uſum in ſe complectitur, ut Medicus non ſolum in genere a medicatione quantumcunque adſtrictoria cavendum ſibi eſſe agnoſcat: ſed etiam in ſpecie, cum tales fluxus alvi maximè recepta atque uſitata Therapia & Pharmacia non aliter quam per Adſtringentia remedia cohiberi poſſint, aut certe ſoleant, Medicus Practicus hanc veram hujus febris indolem præ oculis habens tanto minus animum adjiciat ad ejusmodi auſus, qui non ſolum minus periculoſam evacuatoriam commotionem in certius periculoſam particularem alvi ſtipationem traducere, ſed etiam univerſaliore obſtipatorio effectu, certe omnibus febribus in genere periculoſo, huic febri in ſpecie graves perturbationes inducere valeant. Dum enim ſeceſſiones febrilium materiarum ex implicatione cum humoribus omnino multum debeant, quantum fieri poteſt, liberæ circulationi, translationi, atque ſubagitationi; ſecedentium autem humorum (coctorum, ut Veteres loquuntur,) ſecretio e reliqua humorum maſſa colatoriorum organorum liberæ & ſatis permabili laxitati innitatur: quin ipſa tandem tempeſtiva excretio nulla intempeſtiva ſtrictura interpellari aut retardari debeat (ne, quod ſemel ſecretum eſt, denuo in Maſſam humorum redundet ac inſinuetur,): Fit inde utique manifeſtum, quot modis evitanda ſit adſtrictionis introductio, qua communiter etiam alvi fluxus cohibendos eſſe meliorum remediorum vulgaris penuria perſuadet. Dum autem ego, optima certe fide, experientia, & tunc quidem non amplius mea ſolius, ſed plurium ad hanc ſimplicem commemorationem animum adjicientium Practicorum, fretus dictis atque ſcriptis in publicum effero, occupabatur argumentum, quod ego explanare jam publice promiſeram, & declarabantur Diarrhœæ non ſolum utiles, ſed plane ſalutares, & quidem non tantum in hac *Petechizante*, ſed in

genere in *acutis febribus* (14). Non erat certe postremum hoc assertum mei argumenti subjectum: unde etiam illud hoc intuitu facile suæ fortunæ relinquere potuissem, quam innumerabiles experientiæ cujuscunque generis febrium adversus ibi allegatas paucas historias ex *observatoribus* solidioris historiæ febrium parum curiosis, adeoque choleriodeωn casuum minus gnaris, ipsi augurari poterat: Cum autem reliqua hujusmodi obliquior allegatio tota eo collinearet, ut Petechizantium nostrarum febrium Diarrhœæ, tanquam fundamenti loco substernendæ, imò totius tractationis proram atque puppim effingentes, saltem ad universum acutarum febrium censum extenderentur, adeoque in fundo de Petechizantibus febribus tota tractatio loqueretur, pertinuit utique ad meum institutum improvisa hæc interlocutio. Si nullum aliud haberem documentum, quam alienus mihi sit animus a contradicendi studio, cum vel mille occasiones toti mundo ante oculos positæ demonstrent, quantum materiæ indies objectæ habuissem, si hujusmodi vanitas me tangere potuisset: certe hoc sufficere poterat, ut potius promissionis meæ oblivisci, imò assidue illam exigentibus deesse, voluerim, quam sententiam meam jam pridem ostensam & ad publice edisserendum conceptis verbis paratam prælo committere: solum propterea, quia cum indicata illa præfiguratione non poterat consentire, sed necessum habebat in diversum abire, id est, ut loquuntur altercationum captatores, contradictionem involvere. Cum autem non solum suspicionem hanc tanto temporis intervallo enervasse securum me esse confidam; sed etiam hoc tempore repullulans morbi hujus malitia tanto magis suadeat, quæ in hanc rem sunt, expromere; missis non solum aliis respectibus, sed tanto magis sine omni nota prætermissis alienis illius tractationis flexibus, tam honestorum Practicorum & scientiæ atque conscientiæ studiosorum indesinentibus petitis, quam veritati & publicæ utilitati, quin passim necessitati, hoc dare in animum induxi, ut, quæ ante tot annos ad expromendum parata fuerant, nunc denique proferam.

Histo-

(14) Habita etiam *anno* 1700. sub celeberrimi D. D. *Frid. Hofmanni* Præsidio *Dissertatio de Diarrhœa in Febb. malignis aliisque acutis morbis salutari.*

Historiam rei & in Mense antecedente jam recensui & paulo superius allegavi, quod nempe *Petechizans febris ad alvi fluxus formandos admodum proclivem* se ostendat; quod etiam *fluxus tales sensibile quodcunque incommodum post se traxisse non visi sint:* quin potius *adstrictiones* alvi febri huic accidentes *certissima* atque sensibilia gravia *incommoda* post se traxerint: Interim *nec* ipsæ illæ *Diarrhœa* æque *manifestum* atque *positivum insigne commodum* ad *summam totius morbi manifesto effectu* ostenderint. Usum etiam hujus observationis prudente contemplatione eliciendum paulo superius ostendi; ubi nempe indicavi, quomodo hæc res recte æstimata dissuadere debeat Medico intempestivum usum, seu potius abusum, *adstringentium* remediorum: utpote ipsa alvi constipatione, quam ulterior per reliquum corpus familiariter comitatur, si rationes deessent, ipsius experientiæ historia morbum deteriorem reddente.

Ut autem aditus aliquis etiam intellectuali contemplationi pandatur, considerandus venit etiam reliquus Petechizantium febrium verus atque verax genius. Ubi nempe in ipsa morbi historia illud non obiter notavimus, quod febres hæ non *simpliciter* & *absolute* maculas has, quas *petechias* vocant, ita comprehendat & parturiat, ut eas tanquam necessarium, ut in scholis loquuntur, *essentiale*, &, ut Medicæ scholæ vocant, stricto sensu *Criticum* productum involvant: quin potius multi tali Febre decumbentes plane *nullis*, multi etiam valde *paucis*, parcis atque parvis, hujusmodi maculis protrusis non modo *nihilo periculosius*, sed omnino *nihilo incommodius*, habeant, & nihilo difficilius cum sanitate in gratiam redeant quam alii, qui maculas ejusmodi ostendunt. Eo usque, ut etiam illi, qui eruptione talium macularum abundant, & sub decursu deterius afficiantur & totius exitus majus periculum adeant. Neque hoc solum, sed etiam methodi atque remedia, quæ copiosiori eruptioni macularum talium velificantur, in majora incommoda & pericula ægrum conjicere manifesto sentiantur: adeo quidem, ut in deteriore morbi hujus constitutione per anni tempus atque tempestates concepta vel ægri studio male suado vel sponte quasi quadam coortæ sudationes sæpe numero conclamatæ rei præsagium involvant: adeoque evacuatio, notanter dico *Evacuatio*, nempe *confertim* ἀθρόως καὶ βιαίως, per ambitum corporis instituta Febri huic noxia potius, quam utilis aut salutaris, sentiatur.

Sicut

Sicut autem illud adhuc insuper monendum venit, quod Diarrhœæ Febribus his tunc temporis sponte supervenire solitæ nulla exquisita diversitate temporis se exeruerint; sed apud alios mox *per principia*, apud alios *a quarto die* in ulterius, apud aliquos etiam post *septimum*, post *undecimum*, imo post *decimum quartum*, evenerint: & tamen præter hæc omnia etiam notabilem aliquam diversitatem sive melioris sive deterioris effectus aut eventus non ostenderint: ita facile suo loco relinquimus alias commemorationes scenæ ad minimum semel instructæ inservientes, quæ Diarrhœas tales, nempe ut critice salutares supponendas, ab initio morbi coortas malas judicarunt, magis versus criticum autem diem meliores, aut simpliciter bonas, declaraverunt.

Quomodo ego hanc rem consideraverim, seu theorétice æstimaverim, ostendit præcedente Mense proposita tractatio. Cum nempe *tenue* quoddam *vellicatorio-inflammatorium*, velut *tenuiter erisypelatodes*, corruptelæ genus, ad minimum ut *in genere*, in hoc morbo innuat tam ipsa exanthematum tenerorum conditio, quam tandem cum impetu & repentina copiosiore stagnatione cooriri solita oris interni atque faucium inflatio, derepente in *aphthas* transiens: contemplatus sum propterea has etiam Diarrhœas tanquam a materiæ talis ad intestina concursantis tenera stimulatione (*passive* respectu corporis) & elutriatoria atque abstersoria directione humorum ad intestina sic affecta (*active*, intuitu corporis, ut *vivi*,) oriundas.

Unde etiam medicationem huic symptomati adhibui, quæ theoriam hanc tanto magis confirmatam mihi dedit, quia ipso effectu negotio satisfecit. Dum nimirum *Nitro*, cum moderata dosi *absorbentium* & *diapnoicorum* remixto, non aliter quam experimento certo, diarrhœas has vel gubernare, vel penitus sedare, valebam: & hoc consilium ex illa re natum mihi erat, quod etiam ad aphthodes, imo prunellodes, ardores atque irritationes faucium, a talismodi materiis productas, communi consensu Nitrum in gargarismatibus usurpandum laudetur. (15) Eo

(15) Hunc Nitri usum a se primo si non inventum, attamen propalatum, non obscure innuit Illustr. Autor tum in *Mens. Mart. Præfat. p.* $\frac{451}{522}$, & *Cap. I. p.* $\frac{461}{578}$, tum in *Diss. de Variol. & Morbill: p.* 52. §. LXXXII. ubi inter alios huius efficaciæ expertos testes nominat *Cl. DDr. Henrici*, quem repetit in *Diss. de Error. Pract. circa contagios. malign. Febb. curat. evit; p.* 45. *§. LVII.*

Eo ipſo vero, quod hæc methodus & hoc medicamentum tam Diarrhoeæ tali quam reliquo Febris ſalutari ſucceſſui manifeſtos uſus conſtanter adhiberet; ad *diarrhœas artificiales* ſeu alvi provocationes animum adjicere tanto minus res ipſa inducebat, cum nec uſum aliquem ſenſibilem a diarrhoeis animadverterem, nec interim adſtrictionibus alvi, quas omnino pejoris efficaciæ eſſe velut in ſenſus incurrebat, remedium tale *nitroſum* liberum locum relinqueret: ſed tam *humectatione* alvi quam *delinitione* effectuum acredinis, imo blanda *reſolutione* atque *diſcuſſione*, (ut de effectibus ejus per latifundium humorum non prolixe verba faciam) undique convenire atque ſufficere videretur.

Satis quidem commemini, & omnino memoriter reminiſcor, quod oblata occaſione celebri Medico hanc meam obſervationem, theoriam atque praxin, commemorans tantum abeſt ut aſſenſum elicuerim, ut ille potius ad hanc meam veluti audaciam modo non obſtupuerit, certe admirationem ſuam, cum quantacunque etiam moderatione conjunctam, celare non valuerit. Interim pro me & ægris meis, ſub divina benedictione, ſtabat experientia; non vaga illa atque minuta, quæ ex hiſtoria una vel altera, per inopem atque raram praxeos occaſionem ſubnata, otioſas obſervationum compilationes hinc inde parturit: ſed quam argumento κατ' ἄνθρωπον forte ſimpliciſſime adumbrare poſſum, dum illo ipſo temporis intervallo, ſub cujus finem memorato Medico commemorationem meam præſtabam, a prægreſſi anni feſto Michaelis ad illud inſecuti anni Paſchatos tempus *novem libras pulveris* allegati privata mea diſpenſatione diſtribuiſſem: quamvis in *ſingulos dies* cuilibet ægro ultra *duos ſcrupulos* raro propinarem: neque vero etiam inſignis quantitas hujus ejusdem pulveris ad alios præter hanc Febrem affectus a me impendi conſueviſſet.

Quid autem ipſe dicturus fuiſſet, aut alii dicturi hodieque ſint, neque ſcio, neque divinare admodum geſtio, de illo auſu, quem efficaciæ *nitroſi* hujus remedii in his Febribus obſervatæ in pari ſymptomate, nempe alvi fluxu variolis & morbillis ſuperveniente, in animum inducere primo quidem, fateor, quadantenus dubitavi, ſenſim autem, adhortante ſcientia neque refragrante conſcientia, imo potius magis magisque cohortante, tandem in effectum deducere vel ipſe urgentes occaſiones permoverunt. Nempe ad *diarrhœas*,

longe majoris periculi *variolis & morbillis supervenientes* hoc idem *remedium nitratum* in usum vocandum. Quibus hoc non placet, inhærent mordicus efficaciæ Nitri, ut illi asseverant, ego vero expertus & edoctus ipsa Praxi aliter deprehendi, sponte & directe *laxativa*. Ego abunde expertus *conveniente dosi* nullam hanc esse, interim *refrigeratoria* & *acriorum causticarum irritationum & ardorum mitigatoria* energiæ Nitri (quam ne ipsi quidem diffitentur) satis securus his diarrhœis, variolarum inquam atque morbillorum, cum præsentissimo, & per Dei gratiam saluberrimo, optato effectu idem hoc remedium applicui: & secuti sunt hanc meam observationem atque praxin etiam alii rationi & experientiæ prudenter auscultare sueti honesti Medici, nunquam adhuc sine effectu non minus exoptatissimo quam undiquaque securissimo. (16)

Quam

(16) Illustrationi inservientia addere hic licebit e *Coll. Casual Msct. Cas. de Feb. Petech;* verba: Adhibui hoc ipsum *Nitrum* etiam *in* „*Variolis* optimo cum effectu & eventu, ubi malignæ substantiæ „Palindrome ad interiora sese efferebat, non saltem cum tormi-„nibus & borborygmis sub ipso fluxu, sed etiam cum Motibus „convulsivis: Hic emicante fluxu exhibui *Pulveres Nitrosos*, ita ut „quavis dosi *gr. iii. iv.* pro ætate *v. vi.* annorum distribuerentur; „Et pulcerrime sane sese gessit, ac non solum Diarrhœas com-„pescuit, sed etiam metum corruptionis maxime putrescendæ „materiæ sustulit, ita ut infantes diarrhœas symptomaticas ex-„perti ab una vel altera dosi intra v. vi. horas liberati fuerint.„ „Et ibid. in *Cas. de Variol;* sic loquitur: „Diarrhœa, præcipue si „increbuerit, sed *in Principiis* aliquot, vi. vii. viii, horis durans, „inprimis si adhuc efflorescentiæ erumpant & post eam non eva-„nescere conspiciantur, minoris est momenti. Prodest in hoc „casu unus vel alter Pulvillus, quibus inest *Nitrum*, v. gr. ex *La-„pid. Cancr;* s. *Matr. Perl.* vel *Conch. prap;* gr. viii. *Nitr;* gr. vi. sine „nimio vehiculo. Ita cum veritate testari possum, ex uno sæpe „Pulvere Diarrhœam hujusmodi emicantem, imo etiam *recrude-„scentem,* aliquando substitisse. Habeo exempla, ubi in Pueris „per aliquot dies Diarrhœa laborantibus, sed Exanthematibus „adhuc erumpentibus, altero tertiove Pulvere substitit. Caven-

dum

Quam longe autem Nitrum *bene depuratum* & *convenientibus dosibus*, neque *cum nimis largo vehiculo*, nempe *statim adjuncto*, (nam post dimidiam aut unam horam bibere nihil vetat) adhibitum abest, ut in

I 2 hujus-

dum vero, quantum potest, ne occasio præbeatur ad proritan-„ dam alvum. Et in *altero Colleg. Casual. Mscti; Cas. de Variol;* sic differit:„ Diarrhœæ, sive variolis sive morbillis superveniant, præsertim„ demum *erumpentibus*, sunt tale symptoma, quod magnum peri-„ culum inducit, nisi ejusmodi patientes alias valde lubricæ alvi„ sint, ubi quidem non periculo carent, non adeo tamen pericu-„ losæ uti in illis, qui minus diarrhœis assueti. Ubi quidem non„ possum ullam Medicationem experientiæ testimonio sincerio-„ rem illi malo, fluxui alvi, opponere, quam temperatum & pro-„ vidum usum *Nitri;* (non quod proprium, quod scio, experi-„ mentum meum sit, sed quia verum & efficacissime juvat), ut„ pro ætatis ratione *gr. ii. iii. iv.* Nitri pro *dosi* cum *Absorbentibus part.„ æqu.* mixtis exhibeam, *repetendo* intra iii. iv. horas unam dosin.„ Vere dicere possum, me talem tertia vice non dedisse, sed pri-„ ma, secunda, suffecisse vice, adeo ut etiam infantibus, qui per„ negligentiam proximorum invalescente diarrhœa laborabant„ 2. 3. dosi eximie stiterit:„

XVI. *Diarrhœa variolosi Nitro sedata, rediens neglecta lethalis:*

Infans iv. annorum, alvi alias lubricæ, die ii. & iii. fere sexies dejiciebat, tamen incipiebant apparere Variolæ: Hunc fluxum sistebam per 2. 3. Pulveres. Sub Maturatione iterum diarrhœa recurrebat, ubi cum proximi securi essent, quoniam antea bene cesserat, & diarrhœam ad 24. horas tolerarent, concurrebant demum convulsiones, ut infans brevi, antequam auxilium ipsi ferre poteram, morieretur. Intentio mea circa usum Nitri in eo fundata est, quod *acrimonia* illa *urens* & *caustica*, quæ e materia Variolarum circa interiora viscera stimulum exserit, *inspissetur, sensusque ardoris mitigetur.*

Legi etiam meretur tum *Mens. Mart. Cap. III. p.* 471 371 *seqq.* tum *Diss. de Variol. & Morbill.* §. LXXXI. *p.* 52. sqq.

hujusmodi affectibus alvum provocet aut eliquet, ut potius jam maxime susceptos alvi fluxus in his Febribus mulceat atque sedet; cujus rei adhuc unum exemplum subjungere non inutile erit: Ita ex adverso, constipatio alvi in eadem Febre quam facili negotio inducatur, exemplo didici, quamvis uno solum tamen tali, quod non solum assertum meum confirmat, sed etiam reliquæ pertinaciæ spontanearum ejusmodi constipationum ad latus positum tanto majorem fidem facit ac tuetur:

XVII. *Variolacea post largius sumptos Pulveres Salino-Nitrosos alvum nihilominus 14. Diebus clausam habens.*

Cujus mentionem feci de Nitri ad hæc negotia innocente usu exemplum, est sequens: „Puella 15. aut circiter annorum, paterna ac avita dispositione hæreditaria arthritode imbuta, ab uno vel altero anno, quo mensium fluxus (17) exitum invenerat, arthritodeis doloribus admodum sensibilibus aliquoties correpta solamen *evidens experta* erat a remedio salino, e *crystallinis salibus herbarum* cum *æquali pondere Nitri*, & in *singulas doses uno forte grano Cinnabaris*, parato. Huic itaque remedio, uti vulgo solent, tantum fidere atque tribuere adsueverat, ut jam aliquoties dolores ejusmodi mussitantes persentiscens proprio consilio pulverem hunc usurpans, velut in possessione consilii utilis & auxilii certi sese constitutam credens, nihil ultra quam solum pulverem hunc sibi deposcere adsuevisset. Cum autem iterum dolore tali, & quidem tam acri ut decumbere necesse haberet, infestaretur, neque primo statim die duæ vel tres (18) pulveris doses satisfecissent (19), secundo atque tertio die in senas

(17) „Per acres calidas medicationes male tractatus„; sunt verba *Diss. de Variol. & Morbill. p.* 53. LXXXII, ubi hæcce nostra historia similiter recensetur, *xiv.* autem *annorum* dicitur puella.

(18) Nominatim petiti hujus, *ibid;*

(19) In cujus ternis dosibus per diem conjunctim ad ʒß Nitri inerat. *ibid;*

ſenas horas doſin 15. granorum aſſumebat. (20) Quarto (21) die mane ſtigmatibus uſitatis conſperſum corpus variolas tunc temporis graſſantes ſubeſſe oſtendebat. Petito itaque conſilio, a ſalino illo pulvere quidem deſiſtere jubebatur, dabantur autem parvæ doſes abſorbentium, de oſtracodermatum cenſu, bis per diem aſſumendæ. Succedebant omnia (evaneſcente poſt eruptionem dolore) penitus ad votum; eruptio, elatio, maturatio, ruptio, reſiccatio, caſus eſchararum: tranquille omnia, juſtis temporis & reliquarum circumſtantiarum ſucceſſibus ad orthoſtadiam usque, imo poſtea plenam atque juſtam ſanitatem. Interim ægra a primo dolorum initio usque ad bonum hunc totius morbi exitum, exquiſito 14. dierum ſpatio, clauſam ſervabat alvum, ne ſemel quidem ſponte ſuccedentem, nec arte, dum omnia reliqua optime procedebant, admonendam viſam (22). Magno certe parodoxo pro illis, qui non ſolum Nitrum tanquam laxativo effectu infame hic perhorreſcunt, ſed etiam uſu forte edocti ſunt, quam facile in variolis heteroclitus ille retrogradus motus & diarrhœarum eventus provocetur. (23)

(20) Cumque videretur ſibi hinc perſentiſcere ſenſibile ſolamen, repetebat ejus uſum non tantum ſecundo, ſed etiam tertio die, *ſunt verba lc;*

(21) Sub finem tertii, *dicitur ibid;*

(22) Tunc autem etiam ſponte revertente alvi reſeratione naturali. Tantum abeſt, ut Nitrum hic aliquid incommodi alvum turbando intuliſſet. *ibid.*

(23) Occaſione hujus Pulveris non incongrue forſan monendum aliquid de *Pulvere Salino rubro* illuſtr. Dni Autoris, cum non longum hic noſter ab illo abeſſe videatur, niſi quod loco Salium cryſtallinorum Herbarum *Sal medium* aliquod addatur, quale Paradigma in *Colleg. Caſual. Mſct. altero, Caſ. de Hemicran;* habetur ſequ: *R. Nitr. cryſtalliſ. Arcan. duplic; aa. ℈ß. Cinnab.: gr. iv. M.* Conferri autem meretur *Menſ. Martius de uſu Nitri Polchr;* & præcipue quidem *ejusdem Cap. IV* ubi de *crebriori Salium Mediorum ad Nitrum additione p.* $\frac{478}{331}$ loquitur, & ultra *decies mille ejus doſes* diſpenſatas numerat, quas in Propemt. *de Criter. Experim. Medicor; p. 6. ad viginti mille* extendit; Conferri, inquam, meretur cum *Schediaſmate*

XVIII. Petechizans a diarrhœa per pulverem tonicum suppressa mortuus.

Ut autem etiam *facillima strictura alvi in his Febribus petechizantibus* antea tactum *exemplum* exhibeam: „Petebatur a me primo illo tempore, quo Petechiæ istæ grassari cœperant, auxilium pro ægro jam quintum diem ex hoc morbo graviter decumbente; mittebam usitatam mihi *Essentiam Alexipharmacam*, (24) cum *duobus pulveribus ex absorbentibus & Antimonio diaphoretico* formatis. Redibat altero mane uxor

---

smate ejusdem *germanico* Vom rechten Gebrauch und wahren Nutzen des rothen Salinischen Pulvers, dem gründlichen Bericht von den Balsamischen Pillen annexo. Patescet enim, eosdem ibi recenseri Affectus, contra quos Nitrum in *Mens. Mart.* prædicatur, cujus p. $\frac{174}{180}$ expressa etiam mentio *Pulveris rubri* fit. Jungi cæterum etiam potest Richters höchstnothwendige Erkänntnis des Menschens p. 850. sub Titulo: Des temperirenden Pulvers. Rothens Anleitung zur Chymie. p. 158. sub Titulo: *Pulvis Antispasmodicus. Carl. Ichnograph. Prax. Clin; in select. Formular. p. 15. Juncker conspect. Formular. Medicar. p. 26. Class. XV. n.* 1; aliique, quos hic omnes citare nec locus nec necessitas. Addere tamen adhuc libet superius jam citandam *Diss. de Adfect. Pector.* §. LVII. p. 51, ubi *centenarios* consumtos narrat. Quemadmodum & loca *inferius sub Casu de Febr. Biliosa incipiente &c. de* ⊕i *crudi præ Spiritu* ⊕ *præstantia* allegata conferri cum hactenus dictis poterunt.

(24) Non incongruum forte erit hic loci ea, quæ de sua *Essentia Alexipharmaca* ipse monet Cl. Autor, subjungere. Parum autem de illa habet in suis, quæ typis exscripta sunt, laboribus, nisi quod in *Diss. de Infant. Affect; Cap. IV. p.* 32. aliqualem ejus adumbrationem sequ. det:„ Essentia Alexipharmaca temperata, quam „*Camphora, Myrrha, Crocus, Zedoaria, Galanga,* & similia acriora non „ingrediantur; sed *Radices Pimpinellæ albæ, Vincetoxici, Helenii, Angelicæ, Imperatoriæ*, priores *largius*, posteriores *parcius*, & bona quantitas *Scordii*, facile hic sufficere valet.„ In *MSctis* autem suis *collegiis* uberiorem ejusdem notitiam suppeditat, quorum igitur loca

uxor ægri, & magnam anxiorum ſymptomatum ab his remediis perceptam mitigationem celebrabat; nihil ad optimam ſpem obeſſe reputans quam alvi fluxum jam per quatuor dies toleratum, vires ægri graviter atterentem. Dabam unum pulverem ex *ſex granis terræ ſigillatæ Turcicæ* dictæ (hemiſphærica figura, literulis Arabicis notata,)

---

loca hic enarrabo. Sic autem de ea diſſerit in *Colleg. Caſual. Mſct. Caſ. de Feb. Petech:* „Eodem loco habeo *Diaſcordium Fracaſtorii,* neſcio qua ratione commendatum, cujus formula mira eſt &„ experientiæ minime reſpondens; Mihi ſatisfacit certe formula„ illa ſub Eſſentiæ concentratioris, Extracti, forma exhibita.„ Quando minus placet copioſior uſus calidorum Ingredientium,„ poteſt formula partim *majori parte Eſſentiæ Scordii* alterari, partim„ etiam mitioribus ponderibus Radicis *Angelicæ, Imperatoriæ, Helenii,*„ (loco Radicum poſſunt etiam *Eſſentiæ* illarum ita proportionate„ commiſceri) cum majori proportione *Vincetoxici* temperari. *Eſ-*„*ſentia* illa *Pimpinellæ* in medio quaſi poſita acris quidem guſtu,„ ſed eximiæ efficaciæ. *Radici Scorzoneræ* non poſſum in hac for-„mula multum tribuere, unde potius illa, cum præſertim nau-„ſeabundi ſit ſaporis, aliis ſub formulis uſurpari poteſt, ſi quid„ ei tribuere placeat: *Radix Gentianæ rubræ ſeu veræ* vulgo recenſe-„tur inter vegetabilia Alexipharmaca; Ego vero non habeo,„ quod laudem, aut dicam uſum ſeu commodum aliquod habere„ in hoc Affectu; ſed potius ſecundum meam conſtantem expe-„rientiam revera dicere poſſum, quod mihi ſemper ſuſpecta fue-„rit. Non quidem contemnenda eſt in Chronicis Ventriculi &„ Inteſtinorum incommodis, adeo ut non ſit dubium, quin etiam„ talibus Affectibus, qui Venenoſitati cuidam confuſo conceptu„ vulgo adſcribi ſoliti ſunt, egregie opituletur: Licet hoc faciat,„ tamen in reliqua febrili maligna diſpoſitione nullum vidi lau-„dabilem effectum. Adhibui eam quoque ante plures annos *Eſſen-*„*tiæ meæ Alexipharmacæ*, ſed revera cum minori effectu & majori„ anguſtia, quare iterum, & quidem bene, omiſi. Sic etiam *Rad.*„ *Leviſtici* & *Petaſitidis,* ob parem peculiaris exæſtuationis, inquie-„tudinis, & anxietatis mihi obſervatam efficaciam, non placuit„ adhibere. Præcipuum, quod hic maxime obſervari meretur, eſt„

tempus

tata,) & *totidem granis Coralliorum r. præp;* ut & *Conch. præparat;* Sistebatur inde alvus confestim, symptomata pristina ferocia recrudescebant; femina, ut solent plebeji ab eventibus pendere, tanquam re conclamata

,,*tempus justum & Regimen conveniens,* sub quibus circumstantiis bene observatis mihi hactenus per Dei gratiam satis bene cessit. Et in *altero Colleg. Casual. Msct. Cas. de Febr. Petechiz; per Feb. Petech. ,,communicat;* ita de ea loquitur : ,,Usus *Essentia Alexipharmaca* sub ,,*Diascordii* quasi nomine. *Diascordii Fracastorii* æstimatio liquet ex ,,incongruis ingredientibus, quod ob nimiam & confusam farraginem non adeo utile mihi videtur. Hinc *Diascordium* hoc *liquidum* e Radicibus Alexipharmacis *Carlin; Diptamn. alb; Imperat; Pimp. alb;* cum *Ess. Scord;* bene mixtum, omissa *Camphora,* ,,quia æstum auget, & *Myrrha,* quia ad Hæmorrhagias incitat, ,,satis vehemens esse sentii. De Essentia illa dedi pro *Dosi* gr. xx. ,,xxxv. Intentio mea hanc Essentiam propinandi bona fuit; multum tamen quod profecerit, dicere non possum ; plus enim ,,quam 100. sine Alexipharmacis æque certo curavi, quam illi ex ,,Alexipharmacorum usu.,, *Et paulo post :* ,,Essentia Alexipharmaca, welche ich sonst recommendire, hat etliche hitzige Dinge, ut ,,Rad. *Angel; Helen; Imperat;* Quam vero omnibus præfero, est ,,*Rad. Pimp. alb;* sicut etiam *Scordium.* Unde etiam ordinarie Essentiam ex hisce duobus Ingredientibus æquali proportione ,,præparatam sive confusam in hoc Affectus genere exhibui. *Vulgaris Essentia Alexipharmaca* mihi usualis constat e *Rad. Angel; Helen;* ana ℥ß. *Pimpinell. alb; Vincetox;* ana ℥i. Aliquando addo de ,,*Rad. Carlin; Imperator;* rarius de recenti *Fraxinell;* Harum Radicum in Essentiæ formam Extractionem tempero cum *Essent. Scord;* ,,ita ut aliquando hujus *Essent. Radic; pt. i. Essent.* autem *Scord; pt. ij.* ,,sive etiam *partes anaticas,* exhibeam mixtas. *Essent. Pimp. alb;* dilutior sola optime mihi sese gessit & Excretiones e voto promovit.,, *Modum* autem harum Radicum Essentiam *parandi* docet Cl. Autor in *Discurs. Msct. de Præparat. officin.* §. 32. sequentibus verbis : ,,Wo in einem Concreto, welches, wenn man es alias ,,in tota substantia braucht, auch gut thut, der Effectus oder die efficacia mehr in resinoso & pingui involucro & crasi bestehet, dasselbe

mata nihil auxilii superesse augurans, non redibat, nisi tertio post die mortem ægri renuncians. Sæpe certe ab illo tempore Practici me riserunt, quod aliquid sinistri hujus eventus medicamento, imo mihi,

---

selbe muß man auch mit convenientibus Menstruis, als *Spiritu Vini*, extrahiren, und also die Separation verrichten; als in den *Radicibus Alexipharmacis*, dergleichen *Radix Angelicæ, Imperatoriæ*, und sonderlich *Radix Helenii*, ist. Dieser Wurtzel kan man mit Spiritu Vini allen Saporem und Odorem ausziehen, daß das Residuum wie Kleyen ungeschmack bleibet, dessen doch noch ziemlich viel ist: da man denn also gar wohl thut, daß man diese Krafft separirt, und solches um so viel mehr, da man mercket daß, wenn man den Leuten solche Kräuter in Substantia giebet, dieses furfuraceum recrementum, welches im Magen aufquillt; den Leuten, inprimis in Morbis sensibilibus, als Acutis, viel Hertzens-Angst, Brennen &c. bringe, und also durch diese Verhindernuß der gute Effect nicht allein zu nichte; sondern wohl gar Erregung und allerhand Ungelegenheit dadurch gemacht, werde. Hat man also zu sehen, ob die Portio, welche den Effectum Medicum thut, per Menstrua *aquea*, oder *Sulphurea*, seu *Spiritum Vini*, extrahirt werden könnte. Speciatim vero de *Essentia Scordii* sequenti tenore *ibid.* §. 38. disserit: In multis Vegetabilibus efficacia præcipua residet in portione *sulphurea* prædominante, *resinosa* quasi. Ita v. gr. *Scordium*, potest quidem etiam *in Substantia* usurpari, sed revera, quantum ad efficaciam attinet, vix octava, imo decima, pars est, quæ efficaciam habet, qua extracta residuum manet furfuraceum atque insipidum. Et adeo quidem resinosa hæc est Substantia, ut propterea requirat Spir. Vini rectif; ut, si *recens* Scordium viride ante, quam putrescat aut corrumpatur, extrahatur, prodeat, Essentia colorem *saturate viridem*, etiam in vitro calami saltem Scriptorii capacitatis, exhibens; imo in vitro aliquantulum capaciore ac tantisper densiore, præsertim versus Solem si adspiciatur, præ nimia saturatione rubrum & quasi e viridi nigricantem colorem præ sese ferens. Et hæc Essentia summe sapida & penetrantia magna tam amarore quam odore quasi alliaceo Scordii prædita est. Extracta vero hac substantia, residuum,

mihi, imputaverim: ego vero ab illo die a repetenda tali methodo atque medicatione omni studio abstinui; quin, ipsa hac sollicitudine ad alteram hactenus dictam animum adjiciens, etiam alios effectus sub divina gratia deprehendi.,,

Quamvis autem, ut hactenus abunde dictum est, nihil palam noxii a *spontaneis* illis *Diarrhœis* percepissem, tamen ad alvum ex proposito sollicitandam non satis animi mihi fuisse minime dissimulo: nisi quod *Pilulæ Balsamicæ* aliquoties tentatæ, effectum alvi reseratorium sine ulteriore commotione feliciter absolventes, usibus talibus inservirent.

Succedebat interim huic meæ mothodo memeratum illud *novum experimentum*, non solum *positive laxans*, sed *repetitis*, ut præscriptum erat, dosibus, (& ex notoria massæ, quam complectitur, potentia) certe *purgans*. Suffragabatur spei & promissis creberrimus, imo

---

,,seu caput mortuum flavescens absque ullo sapore & odore est, ,,quandoque etiam simul, sed raro, absque colore respicitur.,, Descripsit autem eandem etiam *Cl. Dn. D. Junckerus* in *Conspect. Medic. Theoret-Pract; Tab.* LXXXIV. *p. edit. nov.* 677. eodem fere, ut superius descripta, modo, nisi quod *Radic. Imperator;* addat. Qui etiam ulterius in *Therap. General. Tab. IV. p.* 147. legi meretur. Et propius sane ille a *Stahliana* descriptione abest, quam *B. DD. Roth.* in der Anleitung zur *Chymie p. edit. nov;* 158., cujus nempe formula vulgari potius appropinquat. Ejusmodi fere etiam describit amicissimus nobis Patronus *DD. Joh. Samuel Carl, Isenburgensium & Stolbergensium Comitum Archiater* & omni laude major Medicus in *Ichnogr. Prax. Clin. Select. Formular. p.* 11. *n.* 1. & 2. *& perelleganti atque utilissimo tractatu* Armen-Apotheck *dicto,* & quidem *edit. novissim: p.* 59, sub Titulo: Gifft *Essenz;* cui subsequens statim Brust *Essenz* merito jungenda, quæve nomine *calidioris & temperatioris Essentiæ Alexipharmacæ* illi veniunt; nec sane omittenda ejus in der Pest-Tabelle descripta Pest *Essenz.* Ut jam alios Medicos Essentiam Alexipharmacam Stahlianam, quin plurimas hodienum officinas eam jactantes venditantesque, taceam, quorum compositiones quantum a genuina differant, aut cum ea conveniant, ad hanc nostram normam facile metiri poterit quisque.

imò propemodum perpetuus, felix eventus. Rectè hactenus, ubicunque tota illa compositio, & methodo præscripta exquisite, usui huic adhibebatur.

Fiebat inde, ut propemodum moris est, ut generali conspectu magis quam conceptu æstimatum remedium prolixam illam assertionem eliceret, quod *diarrhœa*, vel harum artificialium exemplo, *non in hac solum febre, sed acutis sine discrimine, salutares habendæ sint.* Absit, ut ego huic propositioni me immisceam; sicut hujus pruritus a me absentiam tot annorum (25) etiam affectato silentio affatim declaravisse mihi videor: nedum ut exempla attingam, ubi insperati contrarii eventus, tali opinioni superstructi, ausus illos graviter destituerunt.

Sufficere potest rem ipsam, quatenus melius se habet atque gerit, bona fide memorasse. Usurpabatur remedium illud, e *Mixtura sim-*

(25) *Quindecim* numerantur in *Præfatione* hujus Mensis *p.* 663. qui nempe *anno* 1715. cum *Opusc. Chym- Phys- Med;* primo prodiit. Ut autem penitior tum hujus Mensis tum rei ipsius habeatur notitia, en loca ex Autoris Scriptis, quæ mihi innotuerunt: Scilicet in *Problem. Pract. de Febb. Pathol. & Therap; Præf. p.* 7. *& p.* 13. *n.* 32. Alvi fluxum in Petechiis innoxium enunciavit: quod etiam in *Diss. de Feb. Petech. recusa Annot. n.* 6. *&* 7. repetit, qui numeri cum n. 8. ratione *VSnis* conferendi cum *Mens. Mart. Cap. III. pag.* $\frac{467}{574}$. *seqq.* In Dissertatione autem *de Malignitat. prac. Febr. indole* controversiam jam enatam narrat, & Scriptum hoc nostrum sub titulo *Schediasmatis de Usu Medicamentorum Purgantium in Cura Febris Petechizantis* promittit, quod jam sub operis versari in *Diss. de Curat. æquiv;* asserit, rem hanc ibidem repetito tangens. Porro autem in *Vindic. de Script. suis Schediasmat; p.* $\frac{31}{203}$. *seqq.* litis historiam prolixe enarrat; quin & in *Diss. de Method. Malign. Febb. Th. XXXVII. p.* 35. denuo hanc materiam repetit, & denique in *Diss. de Error. Pract. circa contagios. malign. Febb. Curat. evitand*, supra jam citata, nempe *p.* ejusd. 26. *seqq.* §. *XXX. seqq.* tum controversiam hanc fusius tractat, tum Scripti hujus toties promissi meminit, quod tandem anno 1715. cum *Opuscul. Phys- Chym- Med;* in publicam prodiit lucem.

simplici probe acida & *Massa illa cathartica* formatum, in *senas horas*; jubebantur autem ægri, imo injungebatur ipsis, *affatim simul bibere*, adeo ut per *nycthimerum* a *tribus libris* a *puerili* ætate, & ad minimum quidem ad *octo libras* pro *adultis*, mensura determinaretur. Sequebantur catharses, a minore numero ad plures supra vigesimum hinc inde procedentes: Interim cum tanta euphoria, ut symptomatum usitatorum aliqua intercepta, reliqua mitissima, sentirentur: exitus autem universus vix non perpetuo non solum salutaris, sed & tranquillus insuper, imò plus, quàm sperari potuerat, commodus observaretur. Longe autem aliter fiebat, si potus demandatus negligebatur: Longissime, si aliis simpliciter purgantibus remediis negotium gerebatur.

Cum enim præcocia judicia neque gnava neque gnara rerum, quas decernendas sibi sumunt, sed illarum nudo obtutu, ut in primos sensus incurrunt, superficiario conspectu contenta, non solum intimiores negotii constitutiones atque conditiones insuper habent, sed nequidem circumstantias plane sensibiles ad animum revocare cordi habent; ita in hoc negotium, hujus inquam medicamenti, tanquam nudi experimenti, tam sensui obvias vires quam usurpandi præscriptum modum, nihil ultra inspiciendo, in sola crassa illa *purgationis* efficacia universam suam decisionem fundant atque finiunt. Dum interim *eximie alterativus* effectus *admodum acidæ Mixturæ simplicis* cum cathartica materia junctæ non possit certe ita sicco pede prætериri, & tanquam pro nihilo duci: nedum sollicite imperata *copiosior dilutio potulenta*, medicamento illi quasi necessario jungenda, extra omnem rationem atque considerationem haberi.

Aliter certe, & prudenter quidem, negotium hoc intuentur ipsi primi experimenti hujus exsecutores; adeo, ut vel plane omittere interdum, vel certe minuere, catharticum illud additamentum consultius judicaverint, quam illud sine omni discrimine κατὰ πόδα prosequi aut continuare. Sicut etiam plerique Medicorum, Praxin exercendi & ab experientia magis quam ex opinionibus præconceptis sentiendi occasionem nacti, *Mixturæ simplicis* etiam *solius* utilem efficaciam in *epidemicis* tam *castrensium* quam *nauticorum* militum

tum febribus affatim experiuntur. (26) Ut taceam, quod Recentiorum, quicunque practicam peritiam propius cum Theoria connectere susceperunt, plerique omnes Acidis manifestioribus Catharticorum additorum liberiorem energiam refrænari atque temperari agnoscant.

(26) Quid & quantum de *Mixt. Simpl;* sentiat *Cl. Autor,* patescit e *Discurs. MSct. de Praparat. Offic;* §. 189: ubi: „*Spiritus Tartari ait, habet usum aliquem in Affectibus acutis, ut in Mixtura illa Simplici dicta, quæ revera non est contemnenda, sed perite & prudenter usurpanda.* In *Collegio Casual. MSct.* autem *Casu de Feb. Petech;* sic disserit: „*Mixt. Simplex, & in specie* moderatissime camphorata, dimidio *tantum quam vulgo fit, ex adverso vero* satis forti Spiritu Vitrioli acidulata, *non male se gerit, in sexu tamen* Masculino; *non æque illam probo in sexu* Feminino, *cui magis suadeo & concedo usum* Acetositatis Citri *sive* nudæ *solius* bene Saccharatæ, *sive per Remedia* absorbentia, *Ocul. 69, ostracodermata, aliaque Conchilia præparata, vel in* totum *aciditate sua* obsaturata *privata, vel in* tantum *saltem, ea obtusa, ne multum acidi gustui obveniat.*„ Et in *eod; Casu de* Asthm. Spast. hæc habet: „*Mixt. Simpl. cum bono* Spir. Tartar. *præparata, &* bene acidulata, *camphora vero* minore *quantitate, quam vulgo fit, imbuta & sine Regimine usurpata, utilis est* (in Asthmate Spastico scilicet, de quo hic sermo.) *Fuit ante XL. circiter annos, qui, usum hujus Mixturæ tanti æstimavit, ut ne quidem revelare vellet.* Aber, man muß doch gescheid und vernünfftig damit umgehen; sonst ist sie nicht zu verachten. *In Subjectis* Hypochondriacis flatulentis *Mixt. Simplex eximii est usus, & in hoc Affectu,* (Asthmate nempe Spastico) *uti jam monui, aliis subjungi debet.* Sie hat *Efficaciam Turgefactionem Sanguinis tam generalem quam peculiarem seu partialem contemperandi,* und ist ein *Remedium inter alia satis Sudoriferum.*„ De *Præparatione* autem ejus hæc *in Collegio Practico* ab *Hulderico Pelargo* tam sæpe citato, *Membr. VII. Art. I. de Febb. Contagios;* §. 14. docet: „*Mixtura Simpl. per* Oleum *potius, quam Spiritum, Vitrioli conficiatur, ita ut loco* 4 partium Spiritus *Vitrioli* pars I. Olei *ejusdem assumatur, &* p. 1. Spiritus Tart. & Spir. Vini Theriacali *aut* Essentiæ Alexipharmacæ. Camphora, *uti dictum, moderate adjiciatur, ut* dimi-

Ut itaque ad noſtrum propoſitum tandem propius pedem promoveamus, promiſſum fuerat; de *nova methodo Petechizantes febres per certam catharſin tractandi a nobis actum iri.* Præſtitum hoc ſpero, hiſtorice præſertim, in iis, quæ huc uſque protulimus. Rationum etiam mentionem injecimus proximis periodis; nempe quod utilis potius, quam ullo modo ſuſpectus, nedum ſenſibiliter periculoſus, hujus medicationis eventus multum ſine dubio debeat *alterativa* illi *Mixturæ ſimplicis combinationi*, quam nudæ atque ſimplici *catharſi.* Cui adjungere poſſumus ſpontaneam illam velut inclinationem Naturæ ad hoc excretionis genus, in illo ſolum impeditam, quod materia illa tenuis, quantumcunque cauſtica, ſub tentata tali evacuatione ſine concurrente aliqua ſufficiente alteratione (dum nimio plus in Naturæ poteſtate eſt evacuare quam alterare, ſeu craſes corrigere) teneriori inteſtinorum ſubſtantiæ eriſypelaceo-aphthodem corruptelam minari videatur. Hanc ut ego per *Nitri* modeſtum uſum impetrare in animum induxi, ita experimentum illud per *Acidum Vitriolicum*, imò & *Spiritum Tartari*, quin *camphoratum bezoardicum* aut *Theriacalem Spiritum*, abſolvere voluiſſe, non ſine veriſimilitu-

„midium *ſoliti ponderis ad minimum recipiatur. Hac, licet acidior ſit,* „*ſecurius tamen bibitur. Magis convenit Maribus quam Feminis, &, ubi* „*æſtus urget a Plethora, uſum optimum habet.*„ De laudabiliori autem ejus in *viris præ feminis* uſu citare adhuc licebit ejus in *Collegio dicto Caſu de Febr. corrupt;* verba: „*Alias monui quod Mixt. Simplex in* „*ſexu* Maſculino *in Febribus* Acutis æſtuoſioribus parcius campho- „rata, *ſed* largius acidulata, *ſubinde ſatis bene ſeſe gerat*, moderata „*tamen, loco alterius Alexipharmaci*, doſi, *nempe* gtt. XXV. XXX. „*pro una vice*, nachdem ſie *acidulata* iſt. Ich erinnere aber, daß ich „bey Feminis *Mixt. Simplicem eadem libertate ac liberalitate* nicht gebe, „*imo vix aliquando adhibeo;* und thut auch nicht ſo gut als *alia Eſſen-* „*tia Alexipharmaca. Unde* Eſſentiam Alexipharmacam dilutiorem „*loco ejus ſubſtituere in uſu habeo. Commendo interim prudentem uſum* „*loco talium, aut interponendo iis*, Solutionis Lapid. Cancr; cum „Acetoſitate citri ſaturatæ, *quæ placidam promovet diureſin æque ac* „*diapnoën.* Reliquum, quid de *Mixt. Simpl; rectificata* ſentiat Cl. noſter Autor & quam parum illam probet, videri poterit in *Diſſ. de Attent; Medico-Pract;* *Th. XXXII. p. 26.*

litudine videtur: adjuncto insuper, imò injuncto, largiore potu ad torminosas intestinorum inanium stricturas interpellandas, imò etiam evacuationes sinceri sanguinis sufficiente humiditate supplendas.

A quibus intentionibus atque rationibus, nemo non videt, quam longe absint illi, qui non solum catharsin simpliciter ex hoc experimento arripiunt; sed vel plane sine discrimine *Purgantia qua talia*, adeoque promiscue quælibet recentioribus moribus usitata, in subsidium vocare satis ducunt. Ubi cum propemodum vulgatissima haberi soleat *Gialappæ radix*, quæ interim, per experimenta medico-anatomica, intestina directa quadam veluti *καύσει* afficere observatur: quam male ita tam rationi quam rei ipsi consulatur, cujuslibet judicio relinquo.

Norunt hoc certe atque notant, qui in castris versantur, quod *diarrhœa*, imprimis aliquanto jam prævalidæ, huic febri supervenientes, & tanto magis in maligniore ejus constitutione, (quæ secundum temporum atque tempestatum diuturniorum diversitatem omnibus epidemicis, & inter has notorie ipsis variolis & morbillis, diversimode obtingit,) valde ambiguum, & frequentius funestum, exitum post se trahant. Non certe, quod evacuatio hæc in se, & propter illam factus materiæ morbosæ ad intestina confluxus, qua talis hoc perficiat: sed quod materia eo confluens nulla alteratione correcta causticos illos gangrænodes effectus his visceribus inducat. Unde utique tanto magis a sana ratione abhorret, materiam talem nudis catharticis simpliciter eo proturbare, adeoque funestæ illorum efficaciæ quasi decumanam portam aperire.

Interim, ne etiam aliquid prætermittamus, quod ad justam harum rerum contemplationem pertineat; cum utique res observatas atque observandas descripturo nihil negligere incumbat: habeo illud, quod moneam atque prudentiori pensitationi commendem: Qui methodo illa & remedio usi salutarem morbi successum atque exitum assecuti sunt, non ita sine discrimine a toto morbo liberati censendi veniunt, ut statim soluta alvo, quod erat in hypothesi, febris solveretur, atque ita totus morbus quasi dispareret. Sed satis erat, symptomatum vehementiam mitescentem & notabiliter decrescentem experiri; præcordiorum anxias angustias, dorsi tensivos irrequietos dolores, æstus intemperiem ficciore ardore infestam, vigi-

vigilias perpetuas &c. omnia hæc, inquam, leniora persentiscere: Imo de die in diem tolerabilius habere. Nequaquam tamen penitus sublatam febrem, nedum plenam sanitatem, deprehendere aut assequi obtingebat prius, quam ad minimum *septima* dies, aut tandem *undecima*, quin *decima quarta*, præteriisset. Quæ res tanto dignior erat justa observatione, ne vel in cassum sperata repentina febris solutio & plenæ sanitatis non statim comparens impetratio nude & crasso modo empiricam hujus medicationis expectationem statim fastidire faceret, vel cessationem adhuc intempestivam ante justum tempus & certiorem securitatem suaderet.

Illud interim negari nullo modo potest, quod hæc methodus, ex quo tempore passim in usum deduci cœpit, metum illum popularem ab hac febre; fida experientia suadente, non solum satis celeriter extinxerit; sed ipsa etiam hæc febris intra spatium non ita multorum mensium velut evanuerit, cum jam *quintum annum* admodum frequente cursu & circuitu latè per *Thuringiam*, & *Misnia* atque *Saxonia* fines, grassata & circumvagata esset.

Excepit autem illam alia febris, nihilo melioris moris, asperitate longe minore quam *miliari* cutem afficiens; quam, nescias unde, *Purpuram*, seu *purpuratam* febrem, appellare consueverant certis in locis, ubi jam à multis annis observari sueverat: ea interim differentia insigni, quod modo dicta solum *endemia*, nullatenus autem epedemica, nedum acrius contagiosa, deprehensa fuisset: solis propemodum puerperis infesta: tum ex adverso recentior hæc tam *omni sexui* & *ætati epidemice* immineret: quam, per initia præsertim, satis contagiosam se gereret, quamvis non ad morem & energiam petechizantis in hoc passu.

In hac autem febre neque sponte Diarrhœæ familiariter concursabant, nec illa qnoque methodus & memoratum medicamentum bonos, aut certe non illos, quos in petechizante febre, effectus exhibebant. Quæ res insigni documento esse potest, quantum intersit, ut generalis salutaris efficacia sive spontaneorum sive artificialium alvi fluxuum cum debita discretione æstimetur, nedum laudetur, aut suadeatur. Nam quod hic illic apud aliquos Scriptores inveniend exempla fluxus alvi continuæ alicui febri salubriter supervenientis concernit; facile certe, sed tanto magis prudenter, imò diligenter, dijudicare licet atque decet, quid differentiæ intercedat inter

inter *biliosas* & *cholerio des continuas*, & eminentius *Acutas*, nedum *contagiosas*, febres: ne temere, quæ biliosæ saburræ utiliter eveniunt exonerationes, sine discrimine ad omnis generis, imprimis antiquo sensu, acutas (nempe inflammatorias,) aut plane contagiosas, extendatur.

Exemplum unum allegavisse satis erit. *Hartmannus* ubi *Pulveris Cornacchini* laudes decantat, deprædicat usum ejus in puero Variolas parturiente admodum salubrem sibi observatum.(27) Jam si hoc exemplum, in puero primas vias saburra obsessas habente sine damno, imò cum levamine, perpetratam evacuationem catharticam sistens, paradigmatis loco pro experimento & imitatione arripiatur, quot putes exempla repertum iri, quæ huic laudationi suffragium ferant, sive per illud idem, sive per alia cathartica, negotium gerendum suscipiatur?

Mihi itaque semper placuit, nec me, sub divino auxilio, ejus rei ad hunc diem pœnituit, mediam potius viam insistere: nihil undique pellere, nec, ut antiquiores loquuntur, trahere; sed placidas Naturæ consentaneas evacuationes solum ita respicere, ne ex illarum positiva retentione damnum aliquod pullularet: excessus autem atque impetus cum *καυσῶδει* acrimonia & qualibuscunque inde impendentibus noxis lenire, intercipere, & præoccupare. Quo intuitu *Nitrum absorbentibus* & *leniter diapnoicis* circumspectè sociatum tam in *petechizantibus* illis quam subsecutis vulgo *purpuratis* dictis, aut juxta alios *miliaribus*, febribus plus certe, quam quicquam aliud, boni officii præstitisse, & nihil unquam sinistri ostendisse, ipsam veritatem testem advocare possum. Simul autem illud repetere non negligam, quod *Pulvis* ex *aqualibus partibus Concharum fluviatilium praparatarum*, *Antimonii diaphoretici*, & *bene depurati Nitri* formatus, ad *scrupulum unum* in singulas doses propinatus, diarrhœas illas petechizantium febrium, magno numero exemplorum, ita in potestate veluti habuerit, ut illas non solum refrænaret & minueret, sed & cohibe-

(27) Paria monet in *Diss. de Minister. Art. Natura salutariter adhibend*; *p.* 27. *XXXVI.* & *de Error. Pract. circa, contag; p.* 26. §. *XXX.* Habetur autem locus in *Hartmanni Operibus Francofurti. anno* 1684. *editis p.* 151. *Cap. II. Methodi Marci Cornacchini.*

hiberet & in ordinem redigeret: & hoc quidem plane præter spem contrariam de ipso opinionem foventium, repetitis *ter* vel *quater* dosibus. (28)

XIX. *Diarrhœa variolosi Cortice Cascarillæ sublata.*

PLacet illud adjicere, sicubi forte usum aliquem præbere possit. „Puero novenni, aut paulo amplius, febrilia signa exhibere incipienti, & de grassante adhuc illo tempore petechizante febre suspicionem objicienti, propinatum erat *remedium* illud *acido-cathar-ticum*; operabatur apud ipsum per tres jam dies solito more, nempe pluribus per dies atque noctes alvi evacuationibus. Emicabant autem sub vesperam stigmata pustularia, non maculas petechiales, sed *variolas*, promittentia: turbabat res Medicum atque matrem. In subsidium advocatus corticem *Cascarillæ* pulverisatum ad *octo* circiter *grana* præscripsi; a cujus, post sex forte horas repetita, assumtione cessans alvi fluxus justo eruptionis successui liberum locum reliquit. Quin tertio die post repullulans eodem pulvere iterum sedatus, variolis postea ad votum succedentibus, ad salutarem totius morbi exitum profuisse agnitus est.,, (29).

Hæc

(28) Hunc eundem Pulverem describit etiam in *Mens. Martio, Cap. III. p.* $\frac{471}{578}$, ubi loco *Concharum fluviatilium* etiam *Matrem Perlar;* aut *Ocul. Cancr,* præscribit; *binisque* aut *ternis* horis illum exhibitum & Diarrhœam ita remissam narrat, ut vix *bis* aut *ter* per totum nycthimerum rediret. Nec minus etiam in *Diss. de Morbo Retrograd; p. 24. §. LIV.* illum indicat; & denique in *Diss. de Error. Pract. circa contag. Malign. Febb. Curat. evitand; §. LVI. p.* 44. ejusdem nostri *ad novem libras a Festo Michaelis* 1693. *ad Paschatos Festum* 1694. *dispensati* meminit. Similem autem etiam ad *Febres intermittentes suppressas* utilem, in quo solum loco Nitri *depurati regeneratum* sumitur, describit in *Diss. de Febb. interm. turbat. atque corrupt; Th. LIV. p.* 42. *seqq;* de quo vid. inferius.

(29) *Si nempe præmissis* binis Pulvisculis nitrosis *quales supra recensiti, cedere nolit diarrhœa*, Cascarillæ *Corticem* subjungere *tunc Ill. Dominum*

Hæc sunt, quæ de *nova* tum temporis *Methodo*, imò etiam *Medicina*, ad *Febres Petechizantes* proficua deprehensa imprimis historice notare & ad memoriam rei, ut vere gesta est, consignare promiseram; illud breviter adjungendo, quod ad veriorem de hac re conceptum quadrare mihi quidem videtur: nempe, quod non tam *nuda catharsis* & *catoterica evacuatio* consideranda hic veniat; sed imprimis etiam *alteratio per Mixturam simplicem*, & quidem *notabiliter acidam*, *concurrente* simul *larga dilutione potulenta:* quam quidem etiam in methodo mihi usitata, *Nitrosorum* usu, non magis commendatam habere quam ægris commendare sueveram. Illud insuper adjiciens, quod monitum hoc de *largiore potu* magis magisque peculiarem cautionem subjungendam ostenderit, ne potu uterentur, *cerevisiario* licet, tamen *inebriativo* & fortiore; siquidem hic error hinc inde damnum intulit, dum fortiore cerevisia sola potiti ægri, & tenuiore destituti, nec insuper bonæ notæ aquam nacti, ex hac sola velut occasione pejus habere sentiebantur, gravius affecto & magis magisque turbato capite. Cæterum ipse ego quoque *Acidis* quidem *mineralibus* non ita frequenter usus sum, bene vero *Acetositate Citri* in julapiis alterantibus & leniter diapnoicis &c.

Illud autem constans experientia semper declaravit, quod evacuationes largiores periphericæ per sudationem, imprimis per calidiora remedia incitatam, certiora potius pericula atque damna intulerint; anxietates majores, angustias, inquietudines summas, obnubilationem atque turbationem capitis, & tandem copiosarum atque saturatarum macularum eruptiones, quin ultimo certiores faucium, atque profundiores adhuc œsophagi, imò probabiliter ventriculi, (teste strepitu illo, sonitu, & borborygmis, deglutionem potus excipientibus, jam ipsi *Hippocrati* damnatis) aphthodes inflammationes, comatodem aut convulsivum funestum exitum pedisse-

 quum

num Autorem, a Medico quodam expertissimo, discipulo olim ejus acroamatico, compertum habeo. Quale quid ipse Ill. *noster* Autor in *Diss. de Error. Pract. circa contagios. malign. Febb. curat. evitand;* §. *LVIII. pag.* 45. 46. *monet; Quod licet de* Diarrhœa in Peste *dictum sit*, de Variolis *tamen itidem intelligendum esse, tum rei unum idemque fundamentum, tum* ejusdem Dissertationis §. L. pag. 39, *prudentem quemvis Lectorem facile docebunt.*

quum habentes. E qua ipsa observatione, juncta cum altera illa, quod *Diarrhœæ sponte supervenientes* nihil paralleli damni objecerint, (dummodo Adstringentibus & Opiatis non perverterentur,) illud ad minimum colligere licuerit, quod hæc quoque methodus, per evacuationem talem cum potente alteratione procedendi, indoli hujus morbi non ita opposita sit, ut illi sibi imaginantur, qui febrem hanc pro vera exanthematica intuentur.

Ubi certe locum habere debet, si non in se nova, tamen nova commendatione inculcanda, distinctio febrium *exanthematicarum stricto sensu talium* & hujus qualitercunque *ecthymaticæ*. Dum priores non solum semper & per essentiam aliquid extrorsum propellunt, sed etiam qualitercunque critice eccrisin talem absolvunt: nempe ita salutariter, ut justus successus hujus emotionis salutarem exitum promittat, defectus periculum, imò damnum, portendat. Quod maculæ hæ neutro modo exquisite faciunt. Quam quidem rem in petechizante febre communis Practicorum consensus stabilit, macularum harum eruptionem magis pro symptomatica quam critica declarando: idque diserte propterea, quia morbum levare non sentiatur. Sicut omnino locupletem ejus rei experientiam, benedicente Deo, assecutus sum; dum magnus numerus ægrorum, febre cætera per omnia eadem affectorum, maculas tamen nullas exhibuit: cum ex adverso, quotquot calidis medicamentis atque regiminibus sudatoriis commovebantur, certas & copiosas maculas offerrent, cum ancipiti & laborioso, imo frequenter funesto, exitu: aut ante apparitionem macularum anxiis symptomatum exacerbationibus obruti interirent.

XX. Petechizantes sumpto licet Cathartico, post datam Cascarillæ corticem sibi redditi.

„Forte nec illud oberit paucis annotasse, quod plebejus quidam advena filium, puerum forte 12. annorum, in orphanotrophæo commorantem invisurus in nundinis eodem tempore celebratis ab Agyrta pilulas duas coëmerit, purgationi cum præfatione consueta magnificorum effectuum dicatas. Corripitur illis diebus uterque, pater & filius, hac Febre tunc maxime regnante. Deglutit unam pillulam prægrandem pater, alteram divisam filio exhibet. Exa-

Exagitantur hinc ambo evacuationibus ſurſum deorſum graviſſimis. Cum illo ipſo tempore *Apinus* ſcriptum ſuum divulgaſſet, (30) poſt evacuationes, imprimis emeticas, *Caſcarillæ* indubios ſalutares effectus deprædicans, exhibetur his ægris *pulvis illius corticis:* habebant autem ægerrime, tam a morbo, quam enormi illa evacuatione, imò exagitatione, ſurſum deorſum tormina immania paſſi. Succedebant maculæ amplæ & ultra morem atque modum ſaturati ad obſcuritatem uſque coloris: evaſerunt tamen ambo, nec quidem

(30) Innuitur ſcilicet hic B. D. D. Joh. Ludov. Apini *Febris Epidemica anno 1694. & 95. in Noricæ ditionis oppido Herſpruccenſi & vicino tractu graſſari deprehenſa, tandemque Petechialis reddita, Hiſtorica Relatio. Norib. anno 1697. forma octava edita.* Impenſe ſane optabunt mecum ii, qui tractatum hunc perlegerunt viri hujus eruditiſſimi ac candidiſſimi, Medici ſane, tum viveret, feliciſſimi & experientiſſimi, *Curationes Medicinales* per plures annos a viro ſolertiſſimo conſcriptas, & tam ſiniſtrum quam dextrum curationum & ſelectiſſimorum Medicamentorum ſucceſſum ingenue explicantes, tandem aliquando ut Paradigma Obſervationum Medicinalium utiliſſimarum pariter ac accuratiſſimarum videre: Quas etiam digniſſimus Clari Patris filius, D. *Jacob Sigismund. Apinus*, Profeſſor noſtri Lycei celeberrimus, tum gloriæ paternæ tum utilitati publicæ impertiri promtiſſimus eſſet, dummodo quis ſumptus iis edendis neceſſarios in ſe reciperet, quos quidem brevi cum fœnore redituros operis cum utilitate juncta præſtantia minime dubitare ſinit. Sed, ut in viam redeamus, in eodem hoc tractatu p. 90. §. XLIX. B. Dn. Autor de Methodo Febres tractandi noviter inventa ſibi gratulabatur per hanc Corticem, de qua non, uti de vulgari, queri quis poſſit ea, quæ Illuſtr. Dn. Stahl: in *Præfat. ad Problem. Pract. Febb: p.* 1. conqueſtus eſſet. Verum enim vero aliter ſentire Dn. Stahlium tum hic noſter locus, tum ſequentes oſtendunt diſſertationes, ubi Clariſſimo Domino Apino reſpondet. Fit autem hoc in *Diſſ. de Curat. Caſtrenſ: §. XXVII. p. 22.* & *de Error. Pract. circa contagioſ. malign. Febb. curat. evitand; §. XLIX. pag. 37.*

ita longo temporis ambitu, certè non ultra decimum quartum diem decumbere coacti. „ (31).

Fiet autem forte propediem, ut *recentissima* quædam *methodus* in lucem prodeat, quæ ad *has Febres*, inde a Solstitio brumali hîc locorum periculose grassari incipientes, *cum manifesto fructu adhibita* est, Consistit autem illa in *subordinata repetitione Emeseos*, *Venæ sectionis*, & *Laxationis:* adhibitis etiam in subsidium, ubi *deliria*, hoc tempore familiarissima, vere urgebant, *amplis vesicatoriis:* Indicationibus e morbi natura desumtis superstructa hæc methodus tulit etiam experientiæ suffragium. Cui adhuc addendum est, quod hîc etiam periculosissime omnium habuerint, qui sudationibus indulserant: nedum qui illas remediis & regiminibus impulerant: & gravius semper habuerint, quibus eruperunt maculæ multæ, quam quibus paucæ, imò nullæ. Ita nempe semper, quantum ad summam rei, sui similis est Natura: nec Medicus unquam felicior, quam ubi vestigia ejus presse sequi cordi habet. (32).

XXI. Va-

---

(31) Recenset hanc Historiam Ill. Dominus Autor *in Colleg. Casual. MSS. alter. Cas. de Febr. Petech:* sequentibus verbis: *Ante* 1½. *annos pater visitabat filium in Padagogio febre tum grassante decumbentem, & ipse corripiebatur eadem; Nihilominus in nundinas Glauchenses exiens a Medicastro* Eichenberg *accipit Pilulam Vomitoriam, a qua X. XII. vicibus valde vomit & decumbit. Consilium a me petit pro eo* D. Labach, *ubi suasi* speciem China Chinæ *ab Apino commendatam exhibendam. Inde in levem agebatur Sudorem, & accipiebat maculas cerasis nigris colore similes copiosissimas, & evadebat cum filio.*

(32) Prodiit Methodus hæc cum *Actor. Medicor. Berol. Decad. I. Volum. I.* in cujus *primo* statim *Membro p.* 11. enarrantur *Methodus & Theses Practicæ a* B. Gundelsheimero, *Archiatro Regio, conscriptæ, secundum quas Febres acutæ Petechiales anno* 1715. *post Solstitium hyemale, & dein porro in Nosocomiis Castrensibus & alibi, tractatæ fuerunt, quibus nonnihil de suis quoque addidit* B. D. D. Schwartzius. Ut ita verba Ill. nostri Domini Autoris *hic locorum* de Berolino intelligenda sint, ubi locorum scilicet tempore editionis hujus Mensis, *anno* nimirum 1715., *jam vixerat.*

XXI. *Variolæ in Infantibus a Matre per totum Gestationis tempus Fluxum Mensium ordinarium experta natis.*

NOn prorsus de nihilo utique fuerit, tali potius rei animum applicare ad perpendendum, quid in illa *veri* subesse fortè perspici possit; quam pluribus modis incertiori usitatæ illi opinioni simpliciter assentiri, quæ non solùm absolute *toti humanitati* ab *omni ævo* communem hanc labem, (deficientibus omnibus testimoniis historiæ æquè atque præsumtionis de antiquorum Medicorum solertiâ) affingere potius, quam efficere, contendit: sed & hoc nominatim *menstruo* sanguini imputare: assumtis etiam in subsidium novis, paris incertitudinis, de hujus *malignis* qualitatibus figmentis. Ut multa talia passim occurrunt se ipsam deludentis humanæ credulitatis exempla, ita unum illorum allegare non injucundum fuerit: *Vir huic sententiæ exinde favere inductus, quod liberi sui adhuc minorennes his affectibus nondum laborassent, oblata occasione non solum confessus, sed potius tuitus, erat eandem hoc experimento potius quàm argumento, quod Conjux sua communiter toto gestationis tempore ordinarium mensium fluxum experiri consuêsset, unde etiam liberi sui ab horum affectuum insultu immunes existant. Oppidò autem incommode accidit, ut paucis post hanc causam oratam septimanis liberi ejus privilegio huic renunciarent*; & tam ingenuè, quam ulli alii, variolas experirentur.

Diff. de Variol. & Morbill. §. xxxi. p. 20.

XXII. *Domus Serenissimæ Onoldo-Brandenburgicæ lugubria a Variolis & Morbilis fata.*

SIcut autem & aliàs ab intempestivis officiis Medicis alieni sumus, ita non possumus hoc loco tacere, quod etiam *intentionem* præservandi, imprimis in *teneriore* ætate, quantum in nobis est, *dissuadeamus*, Cum enim *tria* subsint argumenta satis ponderosa, nempe *primò*, quod nemo, quamdiu etiam vivat, *immunis* esse possit, quin semel hunc morbum experiri metuat: *secundò*, *tenerior* ætas ordinariè minus periclitetur, & faciliùs superet: *tertiò*, adulta è contra omnibus modis *magis periculum* hinc adeat: Longè certè consultius arbitramur in *juventute* huic malo sub fiducia justa animum submittere, quàm tota sua vita metus hujus mortis servum esse. Ubi, præter alia

Diff. de Variol. & Morbill. xci. p. 57.

alia indies nota funesta exempla, etiam ego, non sine luctu, reminiscor, quod in una domo Illustrissima *Marchionum Brandenburgo-Onolsbacensium quatuor* hujusmodi funesta exempla obtigerint; Ubi Seren. ALBERTUS jam aliquot supra *quadraginta* annos natus; Seren. JOHANNES FRIDERICUS, filius & successor Ejus, quadragesimo propinquus; Sereniss: ALBERT. ERNESTUS, hujus Frater, 18. annorum; nec non Seren. PRINCEPS hæres pari jam ætate; primus quidem *morbillis*, reliqui singuli *Variolis*, cum maximo Domus & subditorum luctu, decesserunt. Quo certe intuitu longe consultius ducimus potius propitiis fatis adhuc teneriore ætate liberos permittere; quam nimium diffidente & anxia sollicitudine perpetuum metum velut invitare atque fovere, imo certiorem gravioris eventus timorem hoc ipso, tanquam malo fœnore, experiri.

XXIII. Variolis Medendi Methodus Gundelsheimeriana.

Diss. de Variol. & Morbill; §. LXXIII. p. 44.

Altera adhuc methodus *secundariis* hujusmodi & *accidentalibus* causis deterioris successus horum exanthematum præoccupandis atque subducendis peculiari felicitate jam a satis longo tempore dicata, imo felicissime adhibita, a Medico docte dexterrimo æque ac honoribus atque munere primarii Archiatri Regii Illustri, Tit. Domino GUNDELSHEIMERO, quem honoris causa nominamus. Exhibet nempe iis, qui Variolis & Morbillis afficiuntur, alternis diebus medicamentum *Emetico-Catharcticum* e *Tart. Emet*; bono & ad vomitum provocandum sufficiente qualitate atque quantitate, & e *Manna Calabrina*, ea quantitate, qua alvum laxare etiam ipsa sufficiat. Sub hujus autem remedii usu alia artificia eousque seponit, imo excludit, ut etiam vel paulo exactiorem, exquisito sensu vocis, nempe *exigendam* seu injungendam, *concalefactionem* seu *regimen* calidum, nedum sudoriferum, non probet; sed potius ad tolerantiam orthostadios & in puro conclavis aëre temperato versantes ægros magis, quam lectis intrusos atque coopertos, esse malit: Cum ita temperatissimo moderamine, ut magis anxium conclusorum conclavium segnem aërem prudente commercio liberæ auræ admissæ temperare non dubitet. Hac medicatione ita per plures dies alternos continuata assequitur tam decursum quam exitum horum exanthematum adeo simplicem

plicem atque ordinatum, ut patientes communiter orthoſtadia,(modo intemperantia abſit), prudenter uti & gaudere poſſint; & omnia ita ſine ullis incommodis rectiſſime procedant atque decedant. Dixi autem, quod hac methodo præcipue *accidentalibus* impedimentis atque perturbationibus plani in ſe atque bene morati ſucceſſus, his affectibus ſibi relictis proprii, conſulatur: Non autem æque ipſis *in ſe* & cuicunque *proprio* illorum genio, ſive, ut Schola Medica loquitur, ſive bono ſive malo *mori*. Loquitur hoc ipſa hiſtoria decurſus ita tractatorum horum affectuum. Manet enim omnino quicquid ipſis proprie competit: *comparent* exanthemata, *exeunt*, non æque perpetuo ita *pauciora*, ut etiam hac in parte *ipſi* huic *affectui* aliquid revera detractum eſſe certum haberi debeat. (Niſi quod nullam utique occaſionem *accidentalis abundantioris* commotionis præbendo ſæpius forte, quam inter alias methodos & regimina *copiam* exanthematum ordinarie augentia, parcior paulo exanthematum proventus hinc obſervetur.) Præterea nulla hinc, ab hac inquam methodo, inſolita facies tam plenæ *eruptionis*, quam *maturationis*, *ruptionis*, *deſiccationis*, *ſanationis*. Nihil citius, nihil tardius, quam in omnibus his rebus ſibi ipſis ſolis in optima diſpoſitione reliqua ut perfecte *relictis*, ita *perfecte conſtantibus*. E quibus utique circumſtantiis ut nihil manifeſtius diluceſcit, quam quod non *ipſi morbo* quicquam peculiare hinc eveniat, quod *directo* ipſius genio aliquid detrahat; ita nihil aliud reſtat præter illud unum, quod hac etiam methodo *impedimentis* ſolum illis occurratur, quæ bonum progreſſum & exitum *intervertere* poſſent, aut facile ſolerent. Ne tamen etiam hæc efficacia ita ſalutaris hujus methodi *ſolida*, nedum *omni*, *dogmatica* ratione deſtitui videatur, & odioſo ſenſu *empirica*, anceps ac ambigua reputetur, placet omnino breviter commonſtrare, quo intuitu, imo quo effectu, illa hujus energiæ compos exiſtat. Primarum viarum recrementa uti nemo peritus a ſolis *Aſſumtis* deduxerit, quin ingentem partem *binoſo-mucoſis* apoſpaſmatibus Seri *excrementis* deberi recordetur; ita certe hæc methodus, quæ hujus generis ſordes de tempore in tempus ſubtrahit & exonerat, quid aliud facit, quam quod conſpicuam etiam, nedum ſanam, rationem ſequatur. Accedit autem, (quod eorum gratia, qui rationem non tam ſequi amant, quam cœco impetu in qualescunque phaſes ferri atque ruere conſueverunt, *cautelæ* loco memorandum venit,) quod laudatus Artifex

prudentissimus nihil hic indulgeat usitato hodie pandemio malo mori, *sine discrimine* aut *selectu* quidlibet a quolibet exspectandi; unde nequaquam subscribit illi, qui viget hodie, mori, (imo perversæ ab imperitia opinioni, quod ego moneo,) quasi ad evacuationes instruendas nullo opus sit *selectu* medicamentorum; sed singula æque ut omnia simplici *stimulandi* œstro intestinis stricturam illam incutiant: sed prohibet ille non magis solum scienter quam omnino prudenter, ne utipue temere ullum aliud *laxans* aut *purgans* hic in usum trahatur, quam *Manna* aut *Cassia*. Quo audito quilibet prudens reminisci poterit, quænam diversitas hic in considerationem venire possit atque debeat; dum hæc *dulcia*, & inprimis quidem *Manna*, ejusmodi placidam *fermentiscentiam* subire valent, quæ ad *acidulam temperatam* acrimoniam proclivis non solum *putrilaginosam* corruptelam antevertere possit, sed etiam *suppuratoria* indoli potius aliquid commodi præstare. Dum *acriora* verius *stimulantia* simpliciter inconditum quiddam hic machinantur: & impetuosa commotione massæ humorum infaustum illud accidens facile introducunt, ut motus *exanthematicus* extrorsum dirigendus infelicissime ad interiora reflectatur. Neque minore vero etiam *rationali* plane *cautione* utitur hic laudatus Illustris Medicus, dum etiam *Emetici* usum absque *consortio* Laxativi minime probat. Nempe ut concurrens, & inprimis ita *lenissima*, *deorsum* ducens efficacia laboriosiorem conatum vomendi, imo importuniorem, ita omnino infringat: Cœterum quasi ordinarius ille tantisper *anxius* conatus, totum habitum corporis in *consensum* quadantenus vocans & percellens, *excussioni* ad superficiem conservandæ potius una velificetur, quam *regurgitationi* ad intimiora. Ubi interim certe rationabiliter toto hoc instituto illud utique proprie agitur, ut nihil temere *provocando* aut *stimulando* hic geratur: Et tamen subtractio, repetita præcipue, *bilioso-mucidæ* saburræ causam *antecedentem* quarumlibet *perturbationum* totius successus præoccupet, ut ita affectus hi sincere sibi relicti suos processus tranquille persequi & ad exitum saluberrimum perducere possint. Minime vero ab hac methodo vere in diversum abit illa, quæ per *modestum*, *continuatum*, usum *absorbentium* acrioribus discrasiis *biliosis* tam *absorbendo* quam irretiendo atque *incrassando* velificatur. Cum enim non *Bilis qua talis* negotium in corpore insigne adhuc facessat; sed potius *confermentativa* acrimonia *acido-caustica* in primis viis talia

damna

damna machinetur, ad quorum occupationem, potius opus sit *affusione* humorum e tota peripheria ad *intima* viscera, quam ut hæc talis sive otiose tolerari possit, adeoque *propulsio ad peripheriam* nihilo secius tranquille instrui & continuari: Vel, si quid etiam de his ipsis corruptelis altius in Massam Humorum una penetret, illud non graviter turbare posset proprium sincerum successum tam *expulsionis* quam ingenuæ *maturationis*, inprimis *variolarum*. Concludimus itaque merito atque obsignamus *Therapeutico-pharmaceuticam positivam* intentionem commendatione harum methodorum; Quarum illa, quæ per sola *absorbentia* moderatissime data & *Regimen* temperatissimum observatum procedit, equidem tranquillior apparet: Et omnino ego ipse illam communiter secutus sum: De *altera* tamen illa & experientia non magis *constans* quam admodum *numerosa* etiam hoc testatur, nec certe composita *ratio* dissuadet, quod potentior sit ad *præripiendas* universas, tanto magis *importuniores*, ejusmodi *concurrentes* adversas atque contrarias causas. Sicuti non solum simplici *rationi* consentaneum est, sed etiam instituto totius *œconomiæ humanæ* insitum prorsus atque inditum, ut potius simpliciter directe e corpore *expellatur*, quicquid noxæ inferendæ propius atque aptius est, & quidem per *proximam* viam: quam, ut mala ejus qualitas demum in corpore *corrigatur*, & hujus rei *eventus* optatus tanquam otiose atque secure exspectetur (quod apposite Germani nostri ab- und aus-warten appellant) propter varia, etiam adhuc *supervenientia* atque *incidentia*, incommoda. Unde quidem cuilibet liberum erit, sub reliqua debita circumspectione atque prudente dexteritate, quin concurrentium etiam *vigoris* atque *roboris* diversi circumstantiarum æstimatione, hoc aut illo, solo aut subordinato, processu seu methodo tali uti. (1)

(1) Egit jam de hac *Methodo Gundelsheimeri* Ill. Dn. Autor, sed tecto nomine, in *Diss. de Method. Malign. Febr; &c. Th.* XXXVII. *p.* 34. *de Abstinent. Med: Th.* XXXIX. *p.* 24. quemadmodum etiam, sed generalissime, in *Diss. de Paradox, Medic; &c.* XLVI. *p.* 40.

XXIV. *Variolarum Suppressio largissimo Ptyalismo salutari resarcita.*

Diss. de Exanthemat. malignor. retrocess; VII. p. 10.

Puer sex annorum, cujus Variolæ foveam mox a Suppuratione exhibeant cum ambitu non laudando, quæque temporius sive nimis cito evanuerant, tenacis admodum Pituitæ per os ejectione effluxuque tentabatur, ejusque tam copiosæ, ut linteamina plura vix sufficerent ad demendam istam; factum tamen hinc, ut, eliminata per hanc viam materia morbosa, bene haberet atque pristinæ valetudini restitueretur; quod ad rariora pertinet. (1)

XXV. *Variolosus ex Jusculi Cerevisiarii imprudenti ingurgitatione convulsus & mortuus.*

Diss. de Mort. Theor. Med; Th. VIII. p. 26.

Illustris quidam patiens variolis obsessus, dum de reliquo ambigue quidem haberet, interim revera nihil insigniter θανάσιμον præsto esset, illa ipsa quoque nocte inter leves & exiguas mentis aberrationes somnum non laboriosum neque multum interruptum expertus esset, cum sequente per se sontico, nempe undecimo morbi, die horis matutinis jusculum peteret, idque acciperet cerevisiarum, & sub appetitu etiam probabiliter quadantenus deliro, aut ad miniminimum sui non ita exquisite memore, avide insignem portionem ingessisset, dimidia circiter post hora insigni anxietate repentina, subsequentibus motibus convulsivis irrevocabilibus, obrutus horæ circiter spatio interiit.

Recenset hanc historiam Cl. Dnus Autor in *Colleg. suo Casual. Msct. altero Casu de Feb. Petechiz. per Petechial. communicat;* sequenti modo:

Der Herr Graf von Pickler, so hier an den Pocken gestorben, hat sich biß auf den eilfften Tag gut befunden, die Pocken sind auch alle häuffig heraus gewesen; am eilfften Tag aber fängt Er an zu schlaffen, daraus wurde Er erwecket, und Ihm eine Bier-Suppe offerirt, welche Er hastig hineingegessen. Darauf bekam Er aber in zwey Stunden erschreckliche hefftige Convulsiones, und starb in denselben.

XXVI.

(1) Historia Domini *Respondentis*, non Præsidis.

XXVI. Variolarum Anno MDCXCII. grassatarum putatitia Malignitas soli negligenti Regimini debita.

De *Variolis* imprimis illud notari meretur, quod hæc exanthemata, postquam jam tota non solum *maturuerunt*, sed *rupta*, *evacuata*, imo *desiccata* sunt, adhuc tantum periculi fovere possint & subinde soleant, ut patientes teneriores, vel paulo negligentius ab aëris liberi, frigidi, aut turbulenti, usu sibi caventes, derepente non solum vitæ periculum, sed sæpe, imo communiter, damnum adhuc ejus & jacturam, subeant. Id quod imprimis valet in illis *Variolis*, quæ admodum lento successu, dico *alia post alias*, *nova* post multas jam prægressas, emicant : quale quid nempe ita aliquando evenit, ut etiam jam maturescentibus reliquis, largiter etiam & copiose egressis, adhuc hic illic, quantumlibet etiam paucæ, de novo comparere animadvertantur, & post reliquas demum ad maturitatem venire. Ubi, cum ita salutariter exspirantibus, copiosis, tempestive egressis, opportune maturatis atque decenter ruptis, desiccatis, quin jam cadentibus, tamen adhuc ita minus perfecte maturæ *pauciores* improvido regimine *retrocedentes* ipsam mortem inferant. Cujusmodi constitutionem totius autumni anni 1692. observasse recordor; ubi, licet nec multæ admodum complures infantes invaderent, neque difficulter etiam expirent, commode etiam satis maturescerent, quin etiam omnibus modis salutariter & secure decessisse viderentur, imo, ubi solum justa continentia servabatur, verum atque firmum maneret hoc præsagium : ibi apud aliquos ejusmodi non magis infantes, quam jam tum pueros, propter summam jam euphoriam negligentius observatos obtigit, ut aliquot talium ex improviso male rursus habere atque cito languere, imo cadentibus viribus deficere, deprehensi, tanquam ἀπὸ μηχανῆς erumpentibus *convulsionibus*, intra paucas horas interirent. Unde insignis consternatio parentes omnes invasit, ne sui etiam ægri paria fata experirentur, anxios; & occurrebat jam passim rumor de *clandestina summa malignitate*, qui in eo erat, ut more solito penetrantiorum vulgo habitorum *alexipharmacorum* periculoso abusui portam aperiret, nisi paulo circumspectius sollicitorum parentum observatio merito cautiori

Diss. de Variol. & Morbill; §. XXIII; p. 15.

tiori dehortationi Medicæ ſociam operam junxiſſet, animadvertendo, quod familiariter illa conſtitutione admodum tardo ſucceſſu *aliæ poſt alias* ita exortæ puſtulæ, & ita etiam *aliæ poſt alias* plenam maturitatem adipiſcentes, ut manifeſtam periculi rationem oſtendant, ita ſi etiam, ut loquuntur, indicationem ſimpliciſſimam ſequerentur, debite cautam gubernationem infantibus ſuis eo usque adhibendi, donec perfecte omnia evanuiſſent, experirentur etiam non minus ſecurum atque ſalutarem univerſum exitum, quam tranquillum & æqualem prægreſſum totius affectus decurſum.

XXVII. *Variolarum & Morbillorum illegitime decurrentium mala Conſectaria Fonticulis refractanea, & lethalibus eventibus terminata.*

Diſſ. de Exanthemat. malignor. Retroceſſ. xvii.p.18.

Quia fruſtraneus ſæpe eſſe ſolet omnis labor omnis conatus in nova & priore Expulſione acquirenda, ſive id à præterlapſa expellendi occaſione, ſive à Natura admodum onerata & ſuccumbente, contingat: proinde ſecundus ſcopus, niſi mors hunc præveniat, talia poſtulat remedia, quæ illi malo, quod recurſus Exanthematum malignorum intulit, aut adhuc inferre aptus eſt, oppoſita ſunt, ita, ut tum ad acutum cum chronicum inde natum affectum Curam dirigere oporteat per *Pharmaca, Fontanellas, Setacea.* Quamvis duo Exempla cognita mihi ſunt, ubi irritus fuit omnis Conatus: Unum in Juvene ſtudioſo 20. annorum, cui à variolis minùs ritè egredientibus atque ſimul revocatis vitium tale oculis obtigit, ut ii indeſinenter acre & copioſum plorarent ſerum; cum igitur per fonticulum, aliis enim remediis malum cedere noluit, Serum hoſtile derivaretur, oculique naturalem ſplendorem jam nanciſcerentur, præter omnium cogitationem Empyema Thoracis cum Phthiſi conſummata atque morte colophonem impoſuit Affectui. Alterum in puella 12. annorum, cui à Morbillis partim tardè erumpentibus partim ab eorum recurſu idem Malum enatum fuit: applicato itidem Fonticulô intra paucas menſes Catarrhus quidem Oculos deſeruit, ita ut hi ad priſtinum redirent ſtatum; aſt occupabat dehinc partes interiores materia morbifica, (ſine dubio tam in hoc quàm in ante dicto ſubjecto copioſior, quam quæ per Fontanellam abſumi potuerat,)

rat,) cum Apostemate Hypochondrii sinistri interno, & pedissequa Hectica, quæ mortem tandem causata fuit. (1).

XXVIII. *Morbillos retrogredientes excipientia Symtomata Sontica salutariter superata.*

PUerulo duorum annorum ex retrocessione Morbillorum obtigit horror ingens febrilis, quem æstus & sudores eximii ac ferè colliquativi, cum maxima virium debilitate, imò lipothymia, sequebantur; restitutus tamen à me per D. G. fuit, quamvis novam Morbillorum expulsionem adipisci impossibile esset. (2). Diss. de Exanthemat. malignor. retrocess; vii. p. 10.

XXIX. *Morbillorum Anno M. DCC. VIII. Grassatorum Historia.*

POst Morbillorum, qui Anno 1708. hyemem istam mitem & insolito calidam secuti sunt, Discessum (utpote qui discessus frequentissimus in hisce erat, ita ut ex Centum Morbillis affectis vix decem eorundem recursum non experirentur, in pluribus haud sine sontico eventu; erant sanè, in quibus ad horas saltem paucas internè conspiciebantur, quamvis antea numerosissimi,) observavi in tenerioribus æquè atque majorennibus Tussim ferinam cum Vomitibus & squalore totum obruente pectus & præcordia, Spasmosque variarum Partium; nonnullis propter horrorem febrilem & subsequentem calorem obtigit Coma somnolentum, aut ad minimum Obfuscatio omnium Sensuum, ut dormibundi jacerent. Mutabantur quoque isti in diversis subjectis, ut hinc in Petechias, Purpuram, aliasque Excretiones desinerent. Epilepsia atque Convulsiones plures quoque adeò infestarunt, ut præsentissima haud sufficerent remedia. Idem Discessus frequens erat circa Morbillos hôc anno mens. præcedent. Januar. atque Februar. sævientes, qui comites habebant Febres pertinaces, Tusses, atque Diarrhœam multis exitiosam, quibusdam innocuam, (3). Diss. de Exanthemat. malignor. retrocess. viii. p. 10.

XXX.

(1) Relatio est Domini Respondentis, non Præsidis.
(2) Historia hæc Domini *Respondentis* est, non Præsidis.
(3) Historia hæc Domini *Respondentis*, non Præsidis est.

XXX. *Morbillosus Aquæ Fragorum usu in Mortis periculum conjectus.*

Diss. de ... Cap. 18.

PUellus illustris nondum quinquennis *Morbillos* excludere incipiens ab *aquâ Fragorum*, vana opinione refrigerandi paulo largius exhibita, post duas circiter horas vehementissimum *dolorem lumborum*, cum multiplici *mictione*, *Morbillorum* verò præcipiti & plenaria *retrocessione*, & succedente copioso vomitu, passus vix gravissimum periculum evasit: Non aliter (1) quàm apud *Riverium* in Observationibus puella *Variolis* laborans ex usu *aquæ Petroselini* dysuriam lethalem subiit.

Collat. vid. Diss. de Nov. Pathol. Calc. Ren; Cap. III. p. 18. *de Exanthem: malign. retrocess; X. p.* 13. *& de Error. Pract. circa contag. malign. Febb;* §. *XXXVI. p.* 30.

XXXI. *Spiritus Salis in Peripnevmoniaco incommodus usus.*

Disc. MSct. de Præparat. Offic; n. 157.

PEculiarem prorsus Malitiam exserit *Spir. Salis* in Affectibus *Inflammatoriis*, imprimis autem *Pectoris*, nempe vulgo dictis *Pleuriticis*, seu potius *Peripneumonicis*, Pulmonum inquam Inflammationibus. Feci ejus rei Experimentum ipsemet, dum ante multos jam annos, imitaturus *Michaelis ad Ideam Medic. Jonsthoni* commendationes, Peripnevmoniaco valde æstuanti & admodum æstuosa Febre affecto alternandi gratia Aciduli aliquid in potum præscripturus ita dicti *Spiritus Vitrioli Philosophici*, ut volunt, loco alterius Acidi, qui nempe nihil aliud est nisi Spir. Salis ex Butyro Antimonii per Aquam præcipitato dilutus, & revera dilutus erat ille, qui adhibebatur, cujus XV. forsan, vel ultra, guttæ in mensuram Cerevisiæ instillare præscripseram; Bibit patiens de hac Cerevisia, sed non amplius quam unum aut ad summum duos, quantum deglutitione seu haustu oris prehendere solemus, haustulos, ein oder aufs höchste zwey Schlucker oder Maul voll: sed eo ipso & in instanti quasi tanta tussi correptus est, ut periculum fuerit quin ad se rediret, daß er ausbleiben und sich nicht wieder erholen würde. Et habet hoc *Spir. Salis*

(1) Nec in *Observationibus* nec *Praxi Riverii* hanc reperire datum historiam.

Salis peculiariter in *Peripnevmonicis*, ubi nempe Inflammatio propinquior exhalationibus quibusdam affici & irritari poteſt atque exacuari quaſi; ut inde etiam metus ſit juſtus, ne in profundioribus, ad minimum humoribus remixtus, hic Spiritus inſignem pariter aliquam irritationem & exacerbationem inducat.

XXXII. Peripnevmonia malo regimine lethalis.

VIr L. annos prætergreſſus, habitu Corporis Sanguineo, *diffuſo* & *obeſo*, *vinoſa* quidem etiam Diætæ *(an tamen in ſingulos dies ad minimum VI. menſuras potare ſolitus*, ingenue fateor me certum non habere) corripitur *Peripnevmonia;* in corpore *ſucculento* utique *vehemente*, cum gravi ſuffocationis veluti metu. Venæſectionibus non largis ſolum ſed etiam repetitis eripitur ab hac vehemente *oppreſſione:* manente tamen non ſolum alia etiam ſolita *pectoris anguſtia*, ſed etiam *Tuſſi* ſatis moleſtâ. *Quinta* poſt ſeptimana, *pluvia ventoſaque tempeſtate*, iter ſuſcipit non ſolum plus XXX. Leucarum, ſed aſſidua etiam ejus continuatione in ſingulos dies proſequitur, imo abſolvit. Fatigatus inde ſenſibiliter, conſortio tamen aliorum inter largiores Vini Potus ad mediam uſque noctem etiam Chartarum luſu detentus, &, ut Miniſtri indicabant, ſuper hiſce rebus *iracundiâ gravi concuſſus*, in frigidum cubiculum digreſſus, Pectore & toto corpore nudus, præter induſium & femoralia lintea, tenuem autem togam bombacinam, (einen dünnen Cattonen Schlaffrock) ſuper lectum decumbens, omnino bene potus, proximo mane corripitur iterum repentina atque vehemente *lateris compunctione*, cum *anguſtia* utique his rebus familiari. Vocatus ad Patientem alterum jam ibi Medicum invenio. Movetur ab adſtantibus quæſtio, *an Venæ Sectio conveniat?* Cum propiore tempore jam ita *larga* celebrata eſſet, *neceſſariam non eſſe* dico; interim *neque directè noxiam*, & poſſe ſuſcipi conſentio: Medicus adſiſtens neque pro neque contra quicquam dicit; vocatur Chirurgus, mittuntur ſanguis *tres* ad minimum *unciæ*. Præſcribuntur partim *Præcipitantia* & *Diaphoretica*, cum *Nitro* etiam adjuncto, partim *Eſſentia Alexipharmaca* fortiùs *reſolvens* atque *diſcutiens*. (1) Patiens

Pr. de Judic. diffic; p. 4.

(1) De Methodo & Medicamentis in hoc Affectu Ill. Domino Autori in uſu eſſe ſolitis videri poterit *Diſſ. de Adfect. Pect;* præſertim autem §. *LII.* pag.

tiens *inquietus*, *anxius* & *impatiens*, nullam *continentiam* ſervat, non *ſuper lectum*, ne dum *in lecto*, decumbit, niſi per parva interdum temporis ſpatia, ubi iterum rejectis ſtragulis auram captat: nec ego unquam Patientem vidi, quin totus extra lectum ſederet, ſolo *induſio*, *femoralibus lineis*, & *mitra linea* in vertice. Quid ſub tali regimine fieri potuerit, puto etiam alios quam Medicos comprehenſuros eſſe: Patiens de die uno in alterum pejus affectus, *domeſticarum* etiam ſuarum rerum tam longe abſentium *anxius*, licet ſubinde etiam mens plurimum vacillaret, tanta hinc oppreſſionis incrementa incurrit, ut quarto die minimè ſimpliciter *ſtrangulatorio*, ſed reverà *Apoplectode*, aut *Catarrhi ſuffocativi*, exitu moreretur. De hoc caſu exſcribitur nuper *in publicum* crudè, (2) paucis verbis: quod *Vir Vino aſſuetus*, VI. *menſuris quotidie*, *Pleuritide correptus*, *vix duobus cochlearibus ſanguinis emiſſis*, deinde *per Nitroſa fruſtra tentatus*, *quarto die ſuffocatus ſit: Cum Hippocrates ſemel quendam Ven. Sect. mox reſtituerit.* Si jam vel maxime in Viro *hujus ætatis* non præmiſſa fuiſſet ante paucas ſeptimanas ex eodem affectu jam laborante *largiſſima V. S;* tanto magis autem factum, jam hoc & toto intermedio tempore adhuc male habente Reſpiratione, commiſſa per longum iter in tali Corporis habitu inſigni defatigatione, admiſſa pleno Cibis atque Potibus Stomacho vehemente Iracundia, ego repetendarum largarum V. S. auctor fuiſſem, & Patiens non ſolum hac eadem ratione, ſed probabiliter adhuc certius, imprimis ſub ejusmodi regiminibus, idem fatum expertus eſſet: ſcilicet ita èvitaſſem parem calumniam temerè tentati gene-

pag. 46. ſeqq. & §. LIV. p. 45. 47. & §. LX. p. 53, ubi ſpecialiſſime pro *Diſcuſſione* a Pectore *Cortex Caſcarillæ* laudatur, cujus commendatio tum in *Diſſ. de Morb. Acut. Veter. §. LXXXIII. p. 44.* tum in *Diſſ. de Curat. Caſtrenſ, §. XXVIII. p. 22. & §. XXXIV. p. 30.* nec minus in *Diſſ. de Variol; §. LXXXIX. p. 56, repetitur.*

(2) Forſan in *Diſſ. D. D. Pancratii Wolffii de Orgaſmo*, cum hoc enim hic dimicari, quemque verba hanc noſtram Hiſtoriam preſſo pede ſequentia legentem docebunt. Cum jam immediate ante noſtræ hujus Hiſtoriæ initium monuerit, *inſolentius illam ipſam, revera contrario modo atque more, quam Veritas æque atque ipſa Ars ferre poſſint, nuperrime citatam publice fuiſſe.*

generis remedii, quod in universis hisce regionibus inusitatum jam pridem Celeberrimus *Wedelius*, *Disput. de V. S. rite adhibenda*, vel plane non necessarium, vel ad minimum Discutientia atque Resolventia ipsi per unum aut alterum diem præmittenda, commendavit, &, nisi hæc satisfaciant, illi adhuc satis opportunum tempus esse publicè judicavit: Quod rursus nemo illorum, *qui V. S. simpliciter* extollunt, probat. Talis interim Narrationum fides quo minus perversissima reddat judicia, nedum difficillima, non potest utique fieri: ne dum ut talibus ita pessimè prolatis judiciis ullus Vir bonus subscripturus sit.

XXXIII. Pleuritis Sudore judicata.

VIr macer & alias atrophicus aliquoties Hæmoptysin passus, sanus alias & orthostadicus, utitur vino calidiore & inde fit pleuriticus tempore verno per 6 dies. Ubi insigniter debilis esset, caleret aliquoties, sitiret, capite doloret, nocte diei 7. incipit 3. horas valde sudare: adstantes habent pro Sudore emortuali. Cum inde adhuc debilior esset & nihil responderet ad quæstionem Quomodo viveret, imò Medicus periculum prædiceret; Ego quoque advocatus obtinebam responsum, daß ihm nichts mehr fehlete als gestern. Deprehendebam pulsum esse naturalem, febre carentem, licet debilem; pronunciabam sudorem fuisse bonum, & patientem brevi ad se rediturum; unde insequente meridie cibum petebat.

Colleg. Casual. MSct. alter: Cas. de Peripneumon.

XXXIV. Febris Biliosa incipiens cum Epilepsia paucis curata.

PLebeja femina immoderata iracundia, ventriculo cibis pleno, excandescens incipit male habere, magis magisque languere, tandem angustari, angi, quasi suffocari. Uromantes ex urina proximo manè transmissa (fortè sciscitando, ut assolet, adjutus) biliosam febrem declarat; præscribit *Vomitorium* vegetum & paulo post *Venæ Sectionem*, edicit interim absens frustra fore omnia, non evasuram ægram. Certè augentur, non minuuntur, symptomata, corripitur duobus paroxysmis epilepticis. Oratur auxilium; dantur quatuor præbia, singula 15. *gran.* pondere, e *Matr. perlar. ppt. scr. sem; Nitri puriss. gr. V.* per *biboria* aut tardius assumenda. Postero die

Synops. Medicin. Stahl. Praf. p. 10.

die prolixas gratias agit femina, ad operas suas domesticas reversa. Numerosa sunt hujus ejusdem generis, & inter illa aliquot cum epilepticis insultibus, exempla. (1).

(1) Hac occasione non ineptum erit meminisse *Remedii ad noxas ab ira vehementiori metuendas avertendas*, cujus meminit Illustr. Dn. Autor in *Diss. de Passionib. Animi. Th. XXXIII. p.* 15., ubi sic describitur: *Reticeri tamen non debet remedii genus solertissimo Practico* D. Hermanno, *Cala Altenburg. Physico, familiare, qui excessive in iram prolapsis* Oculos Cancr; ad ℥ß. *ita assumendos prabet, ut* singulis 2. vel 3. horis ʒj. *inde deglutiant, unde alvus ipsis laxari & plurima flavissima egeri solent.* Cujus iteratam mentionem in *Diss, de Febr. Lethif. Hippocr;§.LVI p.*41. *his* tamen mutatis, facit, *ut Ocul. Cancr.* ℥ß. quatuor præbiis *ita dentur, ut* quatuor *deinceps* horæ quadrantibus *assumerentur, cum paulo* largiore vehiculo; *quo modo eam ipse* D. Hermannus *assumpserit.* Quem tum hic, tum in *Diss. de Mens. Muliebr: Flux; XLVI. p.* 26. *Mens. Septembr; Cap.III. p.* $\frac{125}{375}$. *Diss. de Lumbr. terr; Cap. II. p.* 13. alibique ut *virum profundissimæ in re Medica ac Chymica Scientiæ & experientiæ* laudat, eique non parum debere se his in locis ingenue indicat. Jungi autem etiam merentur, quæ de hoc Consilio in *Colleg. Casual. MSct. Cas. de Febr. Choleriod;* ita disserit: „Citavimus exemplum quod-„ dam *Practici* cujusdam, qui copiosioribus Dosibus Absorben-„ tium operæ pretium fecit a ʒß. ad ʒj. ad ℥ß. *ocul. Cancr.* exhi-„ bendo, ubi sponte symptomata cessaverunt, & lenis alvi flu-„ „xus cum excrementis fluidis crocei coloris successit. Habet „autem hoc Remedium usum suum & locum eo tempore, an-„tequam Cholera fortius commota est; facta verò arrosione „in *ventriculo*, sive plane jam ulterius in *intestino duodeno*, non „amplius tam efficax est. Unde mihi familiarissimum est ⊕ ei-„dem adjungere, ⊕ inquam *in substantia*; de aliis ex ⊕ præpa-„ratis, uti *Spiritu Nitri dulci* ad has res efficacia prorsus vacuo, „nemini autor fuerim, cum in nulla febri prosit, nec huic con-„ducat, aut quid efficiat ex circumspecta & quotidiana Praxi „atque Observatione nihil commendandum habeo. Laudo „itaque potius Nitri C†os, nempe *Nitrum depuratum* seu *tabula-„tum*, ut in hoc genere sufficiens atque usum præstans (2). Mi-„hi solenne est *Absorbentia cum Nitro* exhibere; Ita ut v. g. *Ocul. Cancr.*

Cancr. vel *Conch. præparatarum* & *Nitri partibus æqualibus dimidiam,,* forte portionem addam C†*i montanæ præparatæ.* Imo vero,, etiam, si malum ulterius progressum est, ut *vomitus* & *dejectio-,, nes graviores* & *copiosiores* sese sistant, ad talis Absorbentis v. g.,, *Mat. Perl; Oc. Cancr;* seu *Conch. ppt; part. I. C†li mont: pp. pt.* ß.,, adjicere soleo *Nitri part. II*, ut Nitrum non solum reliquas spe-,, cies æquet, sed superet. *Camphoræ* usum *externum* ad *Inflamma-,, tiones* maximi facio, eumque commendare & ulterius introdu-,, cere omni modo studeo, *internum* verò omni ratione &, qua,, possum, diligenti inculcatione improbo, &, experientia sua-,, dente, dehortor ab omnibus Præscriptionibus, quas Campho-,, ra ingreditur, internis. Vidi enim ex *ejusmodi pulveribus* ⊕ *o sub-,, actis* patientes maxime defatigari, & quod exinde omnia acer-,, biora & graviora facta sint, imprimis *ardorem* summopere *cre-,, visse*, & aliquando patientem vehementissime exarsisse, unde,, ego advocatus nihil egi, quam ut *Camphoram omitterem*, ⊕ ve-,, rò *retinerem*, eique *absorbens* aliquod *adderem*, ubi ex assumta se-,, cunda dosi post duas horas ita sensibiliter sublevatum observa-,, vi, ut assumta tertia dosi plane ad se redierit. Et revera si,, unquam, certe in hoc nostro casu, Camphoræ nec non alio-,, rum activiorum Remediorum usus omnino exulare debet.,,

Quando vero hactenus de *Oculis Cancrorum* actum, addere licebit exemplum *Ill. Domini Autoris* in *Discurs. MSct. de Præparat. Officinal. n.* 125. ab eo relatum, quo nempe probatur

XXXV. Lapidum Cancrorum Acido-biliosa absorbendi efficacia.

Es ist mir selbst in Leipzig begegnet, da ließ ich mir um 3. oder,, 4. Uhr Nachmittags ein Glaß Sect geben, der aber Essighaff-,, tig oder, wie mans vulgo nennet, wahnsauer roche, auch von ei-,, ner Säure scharff dabey war. (Wie sie denn mit den Secten viel,, Gemische haben/ daß sie ihnen mit Silberglett und dergleichen wie-,, der eine Süsse beybringen; so ihm aber den Geruch von Essig nicht,, benimmt, auch eine bittere subacerbam acrimoniam macht.) Nach,, 7. Uhr speiste ich nebst gebratenen Lerchen kleine saure Gurcken, die,, sahen sehr grün, und hatten einen widerwärtigen, als Grünspanigten,,

Geschmack. Nach der Mahlzeit aß ich eine halbe Birn und tranck„ wieder eine halbe Maaß andern Wein darzu, tranck aber dabey noch„ ein Glaß Brühan darüber. Etwa eine Stunde nach Essens wurde mir„ übel, druckte mir in dem Magen wider meine Gewohnheit: Nicht„ lange hernach wurde mir erschrecklich übler. Ich legte mich nieder„ zur Ruhe, kriegte aber die Nacht eine Hitze, und mit unterlauffenden„ Schmertzen Unruhe/ Drücken im Kopff, daß ich in Warheit meinte„ würcklich kranck zu werden: hatte also die Nacht fast keine Ruhe biß„ etwa gegen den Morgen, da nahm das Ding je mehr und mehr zu, ich„ merckte auch wohl daß es noch selber im Magen war. Endlich nach„ 8. Uhr wurde mir ängstiglich, und spürete daß es wieder heraus wolte„ mit vielem Conatu, es schmeckete aber nicht wie †tum, sondern er-„ schrecklich scharff, und hatte eine rechte Aluminösische Acidität, wie„ Alum; jedoch nicht so adstringent: ich kunte aber nicht damit fertig„ werden, weil ich wenig Humidität im Magen hatte, (denn ich hatte„ wie gesagt, nicht mehr getruncken als eine halbe Maß Wein, und et-„ wann eine halbe Maß Bier darauf/ da ich sonsten ordinair dünne„ Bier mehr zu trincken pflege;) es war aber noch mehr übrig. Da ich„ aber den gustum und sensum ardoris, ein Brennen, im Halse hatte„ so nahm ich so eine Messerspitze voll von gestossenen Krebs-Steinen„ und tranck darauf etwa ein halb Schälgen Coffee, es war mir aber„ zuwider, und nach etwa einer halben Viertelstunde ward es wieder re-„ ge, u. muste ich wieder würgen, aber ohne einigen Geschmack: ich nahm„ noch eine Messerspitze, und tranck unterdessen noch Coffee 2. Köpgen„ lag wieder eine Weile stille, biß mir wieder anfieng übel zu werden, so„ halff ich mir mit dem Conatu, und kam also der gröste Theil noch, und„ war noch alles im Magen, aber ohne einigen sauren Geschmack; da doch„ vorhin das erste eine solche Aluminösische Säure hatte, welches etwañ„ vom Bräuhan und Birn, theils auch vielleicht von den Gurcken, die ei-„ nen wunderlichen Beyschmack hatten, hergekommen, die zusammen„ so confermentiret; aber durch das positivum Absorbens, da es„ so immediate Materiam absorbendam erreichen konnte, vergieng„ der saure Geschmack. Das sind aber solche Dinge, quæ in pri-„ mis viis possunt generari & formari, und da hat auch ein Ab-„ sorbens qua tale seinen Nutzen. (3)

(2) Non tædiosum forte, ut spero, erit legere, quæ Ill. Dom. Autor in sæpius jam laudato *Discurs. MSct, de Præpar. Officin; n.* 167. 170. & 171. de

de his differit: Mit dem Spir. Salis Nitri concentrato ebulliret auch der Spir. Vini, daß es überläufft, sprützet, und das beste und subtileste in die Lufft verraucht und davon gehet: sonsten wenn man mediocrem Spiritum Sal. Nitri, nemlich halb dephlegmirten, nimmt, und giesst nicht viel Spir. Vin. darüber, und setzts so hin, legt etwas vor das Retortgen, darinnen er etwann ist, vor; so erhitzt er sich mittelmässig und geht eine species talis dulcificati & semisaturati vinoso-spirituosi Spiritus herüber, der gantz annehmlich schmeckt, und wie eine liebliche Wein-Säure, auch einen artigen angenehmen Geruch hat. Wenn man aber die gemeinen Spiritus, oder aber die nicht sonderlich dephlegmirt und starck sind, darzu nimmt, so hats keine Macht, und wird insgemein vielmehr eine levior und magis fatua Compositio daraus, die sich zwar unter ein oder zweymal wiederholter Destillation zusamen endlich ziemlich intime combiniret, aber es hat doch die Penetrantiam und Energiam nicht, als wenn die Spiritus à Phlegmate suo liberiret sind. ; ; ; Nun ist die Frage: Worzu diese Spiritus ita dulcificati in Medicina nütze sind? Sie werden hie und da gelobet und verschrieben, ja manchmal wird ihnen viel zugeschrieben, sed fides sit penes Auctores, aut potius penes Experientiam: Aus meiner Experienz kan ichs nicht rühmen, welches ich offenhertzig und redlich sage. Es hat *Etmüller* in seinen Operibus gerühmet, daß sie contra Inflammationes internas dieneten, nemlich hauptsächlich und nominatim *Spiritus Nitri dulcis.* Cito Autorem & allego, dann ich kan nichts davon sagen/ ob ich ihn gleich gegeben habe; nam ego quoque hoc feci, nempe dedi in Inflammationibus, das ist wahr; aber ob und was er thue, alia est quæstio; ich kan kein Testimonium davon geben. Denn es wird so hingegeben und hingebraucht, aber ob und was es thue, das ist eine andere Frage, die aber am nöthigsten ist/ indem man nicht fraget, obs zugebrauchen, sed cui usui man es brauchet; nicht was oder ob mans brauchen könne, sondern ob mans mit Nutzen brauche, und etwas damit ausrichte, daß es helffe?

Mille modis certius, evidentius, & profecto utilius operatur *Nit. crudum* quam quidlibet tale ex ipso paratum. Ego novi duos Medicos Practicos ex mea Schola, qui nihil amplius optare solent, quam ut solum tria vel quatuor ipsis nota essent Medicamenta, quæ effectus suos, & quidem non levis momenti, ita cito

cito & certo & ut fidere ipsis liceat & hoc de ipsis exspectare, tam certo inquam, præstent quam *Sal Nitr. in substantia* suo tempore prudenter exhibitum; adeo, ut in certo quodam districtu aliquarum Provinciarum superioris Germaniæ ipsum hoc *Sal Nitr.* sive respectu ipsius *Pulveris*, das sie hier *Bezoardicum* oder *Alexipharmacum* heissen, (nemlich ex *Ocul. Cancr. Antim. diaph.* & *Sal Nitr.* constantis) und, wo es ihnen nöthig scheinet, ihrer daselbst geläuffigen Theriacæ cœlestis etwann gr. ß. oder gr. j. darzu thun; sive etiam *in substantia*, dextrè, peritè, debitè, decenter usurpatum laudem mereatur. Propterea, inquam, hoc dico, ut notum sit, quod *Sal Nitr. crudum* longe certiores, majores edat, & evidentiores effectus, quam quicquid ex eo paratum, in specie *Spiritus ejus dulcis*. Quæ eadem repetito asserit *in Obss. Chym- Physi-Med. Cur. Mens. Febr. & Mart*; quos, de *Nitro* si sermo sit, semper consulendos semel pro semper hic moneo, ut & in *Diss. de Morbb. Acut. Veter.* §. *LXXX. p.* 43. *de Paradox. Med. Pracip; L. p.* 34. *de Attent. Medico-Pract; Th. XXII. p.* 26. *de Error. Pract. circa Contagios. malign. Febb. curat. evitand;* §. *LXV. p.* 53. *& denique Diss. de Spasm; Cap. V. p.* 28. ubi *odiose pro sua Creatura, ut vulgo loquuntur, argui Nitrum, adeoque suam in hoc ipsum indulgentiam accusari* conqueritur. *Ut nunc plura alia loca, quibus de Nitro nostro loquitur, prætercam.*

(3) Cum de *Absorbentibus eorumque usu* prolixe & solide agat *Ill. Dn. Autor* in sæpius jam laudato, licet nunquam satis laudando, *Disc. Msct. de Praparat. officinal. a n.* 213. *ad n.* 225. *usque,* Ejusdem hac occasione verba in extenso, ut loquuntur, hic allegare licebit sequentia:

Nota sunt proximis, inprimis dimidii seculi præterlapsi, annis elogia *Absorbentibus* adscripta, quæ nempe hoc ipso nomine insignita fuerunt, quod *Acidum* in corpore absorbere intelligi debeant. Sicut autem proventus Acidi in corpore ex se nullus est, & p. n. etiam nulli rei minus idonea tota temperies humorum atque partium, quam ut ex illis vere aliquid Acidi suboriri possit; ex sumtis etiam Acidis indies non solum nihil magnopere incommodi aut sensibilis alterationis oriri sentiatur, sed contra sub moderato usu Acidorum, imo Acescentium, seu ad subeundam aciditatem, modo non nimis fermentativo impetu, proclivium & idoneorum, nullum corpori damnum seu detrimentum, quinimo dicere possim aliquid emolumenti,

lumenti, evenire ſentiatur, ut a poſteriori; a priori etiam colligi & rationaliter ſubſumi poſſit, quod cum præcipua corruptio, cui corpus ex ſua intima indole expoſitum eſt, putredinoſa ſit, putrefactio vero, niſi quidem omnia in contrarium ſumantur quam in ſenſus incurrunt, tantum abeſt ut *Aciditati* aliquid debeat, ut potius ſimpliciter *Alcalica* geneſi, volatilium nempe Alcalinorum Salium geneſi ſeu proventui, faveat & viam ſternet, imo eidem maximam partem ſuæ inteſtinæ agitationis intendat: Hæc, inquam, cum ita ſe habeant, ut præcipua & maxime metuenda corporis humani & in corpore humano Corruptio illas ita maxime habitudines exhibeat, quibus contrarientur Acida; ſecundum ſanam rationem a priori hinc apparet, quod *Acida moderate & temperanter adhibita utilia potius ſint & debeant eſſe Corpori quam noxia, eo ipſo, dum ingentem illam noxam*, quæ ſemper ex interna habitudine Corporis ipſi imminet & impendet, *praeoccupare, præpedire pullulantem, & ſubnaſcentem quadantenus corrigere & mature ſubvertere* poſſint. Quamlibet autem hoc intuitu ſecundum ſanam & veram rationem atque conſiderationem Corporis ipſa *Abſorbentia* dicta ita parum uſus habere poſſint; tamen propterea non omni carere utilitate monſtrat dum ipſa Experientia, tum dicta etiam Ratio ex vere intellecto negotio Fermentationis, imo Putrefactionis. Recte hoc nomine dubitare ſuſcepit, ſi rem ipſam ſpectemus, *Schelhammerus*, qui in *Tract.* ſuo, quem inſcribere ipſi placuit *Genuinam Methodum Febres cognoſcendi & curandi*; ubi in hanc etiam Materiam, nempe *Abſorbentium uſum*, incidit, ad minimum poſitive hoc ita profert, quod, *licet hac ita dicta Abſorbentia ſatis evidenter paſſim appareant Utilitatem aliquam exhibere, in Febribus tamen dubium ipſi ſit an hoc ita crude & proprie per ſolum modum abſorbendi, Acidum imbibendi aut enervandi, præſtent.* Non certe male hoc ita dubitat, licet non addat rationes ſeu dubitandi ſeu in contrarium aliquid ſtatuendi, nempe quomodo alias ſibi concipiat, quod utilitatem illam, quam agnoſcit in Febribus, præſtare poſſint alio aliquo modo, quam ſimpliciter abſorbente ſeu Acidum obſaturante. Interim omnino res ita ſe habet, quod *ſubtilia Terrea etiam in negotio* Putrefactionis *nimiam Commotionem ſubtilem, ſulphurearum inprimis portionum, nimiam extenuationem harum, nimis liberam*

beram posthac agilitatem & ita in alias etiam partes nimis liberam activitatem, occupent, & hasce agiliores sulphureas etiam partes citius obruant, & ad secessionem potius quam ad diuturnam activitatem & agilitatem disponant, imo quasi deducant & cogant. Est ejus rei eximium Experimentum a me allegatum alibi in *Tract. de Fermentatione* (4) sicut etiam in Schediasmate illo, quod *Mense Octobri Anni præteriti seculi* 97. produxi de *Concentratione Fermentatorum* (5) imo etiam aliorum quorundam liquorum, *per Frigus*, ubi videlicet, si vinum aliquod cujuscunque bonitatis aqua sua superflua exuatur & privetur, posthac per longum tempus plures annos incorruptum & inviolabile persistit, tanto magis si qualitercunque Spirituosum & forte fuerit: Si vero huic vino vel ante sui Concentrationem talem, vel etiam post illam, terrea simpliciter Absorbentia, terrea macra adjiciantur, quæ aciditatem aut austeritatem ejus infringendo & sese uniendo corrigant & auferant, tunc, licet tale Vinum concentratum sit, non durat, sed contineri non potest, quin incipiat mucorem contrahere ita prævalescentem & incoërcibilem, ut subcrassa consistentia sensim sensimque & Salsedo ejus & Sulphurea substantia spirituosa etiam, quæ alias Vinum tale terreis hujusmodi corpusculis non prægravatum multos annos incorruptum servabant, *spirituosa* inquam *portio*, hoc additamento cito & quasi præcipiti impetu una eripiatur e Mixtione, & sub pulverulenta limosa terreo-oleoginosa, terreo pingui substantia siccescente ad fundum secedat, & e Mixtione sua ita secernatur. Unde quidem ipsa etiam hæc talia Absorbentia possunt hoc præstare in tali constitutione Massæ Sanguineæ, in qua putredinosa a sulphureis particulis fortius exagitatis subtilis corruptela præsto sit, aut pullulet, aut incipiat, ut dextra talis admixtio subtilis terreæ substantiæ illas etiam sulphureas portiones exagitatas & nimium commotas subigat, prægravet, occupet, ut illarum energia tam passivæ quam activæ motionis hoc ipso obtundatur, adeoque progressus ille subtilis agilis prævalidæ

(4) *Cap.* scilicet *XII. p.* $\frac{129}{149}$. & *XV. p.* $\frac{157}{167}$.

(5) *Cap.* nempe *VI. p.* $\frac{208}{228}$. *seqq.* Vide inferius *Observationes Chymicas.*

lidæ Commotionis putredinoso-fermentativæ eo ipso cohibeatur & supprimatur. Frustra certe fuit in hoc genere etiam *Helmontius*, qui, ubi de *utilitate Oculorum Cancri* & *similium rerum* verba facere laborat, putat efficaciam hanc, ut terreorum corporum, esse plane nullam, & nihil subservire in Corpore, sed quærit alieniore loco, & putat esse in Ocul. Cancr. v. gr. aliquid mollius tenerius, non ita crasso modo terreum, quod maxime energiam illam, quam ille etiam nimium intendit & plus justo extendit, perficiat; adumbrat hoc, quod sit potius ejus indolis, ut a solventibus Acidis non tam promte & sufficienter solvatur: Breviter vidit ejus aliquid, sed non satis commode, in solutionibus v. gr. Cancr. Ocul; quamvis incommode certe illa res procedat quando Oculi Cancr. pulverisati solvuntur: Deutlicher und gröber kan mans nicht allein mit Augen sehen, sondern auch mit Händen greiffen und fühlen, wenn man gantze Ocul. Cancr. solviret. Wenn man z. E. Lap. Cancr. einen oder etliche, zumahl grosse, ubi tanto magis conspicuum fit, in ein schwaches Aqu. Fort. thut, ibi mora temporis imbibit & erodit Corrosivum illud omnem terream substantiam ex hoc Concreto, sed tamen totam externam figuram Oculi Cancr. relinquit; So anzusehen siehets aus wie ein durchsichtiger Krebs-Stein; Wenn man das Aqu. Fort. davon abgiest, mit andern Wasser ausschwenckt, so ists wie ein Schwamm, und dieses, was da bleibt, ist die Substantia glutinosa, mit der das terreum des Krebs-Steins zusammen geklebet ist. Davon bildet er sich wunderliche Dinge ein, und meinet Wunder was es thun könne; wann das wahr wäre, so dürffte man es nicht erst, wie er meinet, ex solutione pulverisatorum Ocul. Cancr. zusammen suchen, da es insgemein (weils sehr subtil discerpiret) nicht zu sehen ist, sondern dürffte es nur hier nehmen, da es noch in seiner gantzen Figur zusammen ist; Und unerachtet es ein gantz schwammicht Häuffgen der subtilen Corpusculorum terreorum, gantz tenerum und tenue, ist, so ists doch noch in einem Klümpgen beysammen; dahingegen wenn durch Pulverisirung der Ocul. Cancr. und Solvirung derselben in Aqu. Fort. das Ding hinweg genommen, so ists so klein, daß mans kaum oder gar nicht siehet, weil es sich nicht wieder in einen Hauffen setzet, sondern sich unter den andern aufhält, oder auch subtil distrahiret im Liquore

bleibet, und susque deque gerissen wird ; Cujus contrarium evenit, si totus Lapillus ad solvendum reponatur. Sed omnino verius est, quod potius terrea illa substantia in hoc etiam terreo Concreto, nempe Lapillis Cancr; illud sit, quod Usum aliquem habet. Unterdessen aber ist nun auch wieder die Frage, wie groß derselbe Usus seye/ und ob man denn Wunder damit thun könne? Nun, quia ridetur, chorda qui semper oberrat eadem, so sollens die Ocul. Cancr. nicht alleine thun, sondern man muß vielerley solches Dings nehmen, als andere Terrea, *Creta*, *Medullam Saxorum*, *Lac Lunæ*, *Terras sigillatas*, auch Ziegel-Mehl/wenn man nichts anders bey Handen hat. Dann hernach die *Ocul. Cancr.* Testæ ovorum, und zwar, damit sie nicht von unsern Hünern seyn, *Struthiocameli*; aber würcklich unsere Hüner-Eyer-Schaalen sind eben so gut, als diese und andere dergleichen Lappereyen. Wir dürffen auch nicht vergessen *Corn. Cerv. philosoph. præparatum*, nemlich im Topffe gekocht biß der Leim heraus ist, so ists philosophice bereitet; denn eine Magd könnts nicht, weil sie keine Philosophie gelernet; item *Ebur ustum*. Ich habs gelesen in A. N. C. (6) weiß aber nicht eigentlich wo es stehet, ein Bein vom Schind-Anger; es ist aber würcklich diese Observation darinnen, daß nemlich die Beine so ziemlich lange gelegen, daß sie mit der Zeit von der Sonnen weiß calciniret sind, dieselben sollen sonderlich gut seyn. Es stehet einem jeden frey zu nehmen was er will; ein oder zwey von den Dingen thun eben so viel als 20. derselben. Illud possum dicere, quod præferam *Ostracea seu Ostracadermata*, ut vulgo loquuntur, Muschel-Schaalen/ Meer-Schnecken-Schaalen. Und sind unsere Muscheln eben so gut darzu als andere, nur daß es einen bessern Nahmen hat *Mater perlarum*; Perlen selbst sind so gut als andere Muscheln, wenn sie gleich nicht besser wären. Die Krebs-Steine und Krebs-Nasen, nemlich die Schaalen/ auch *Chelæ Cancrorum* sind auch gut; davon haben sie auch grosse Schachteln voll bey denen Materialisten. Alle solche Dinge kommen darinn überein, daß sie gebraucht werden ut terrea; inzwischen ist die Physico-Chymica dispar constitutio daran, daß einige dergleichen terreorum Concretorum, wenn sie etwas saures im

(6) Paria fere disserit *in Diss. de Method. malign. Febr; Th. XLVIII. p.* 46.

im Leibe finden, wie in primis viis vielfältig geschiehet, sie mit demselben säurenden Wesen eine novam quandam *Stypticam adstringentem* & *tophaceam solidescentem* Consistentiam machen und nehmen; da hingegen andere eine Consistentiam *deliquescentem, resolventem, incidentem, liquantem, leniter stimulantem, diureticam* dadurch bekommen. Ein solch Exempel siehet man an denen *Corticibus* seu Putaminibus *ovorum*, und darunter evidenter *Struthiocamelorum*, wenn man sie mit Spiritu Salis saturirt, da wird der Spiritus Salis nicht gantz ungeschmack, ut amitteret omnem suam sapidam salinam energiam, sondern er bleibt saltzerig, bitterlich, u. saltzerig und schmackhafft genug, daß man noch an ihm siehet, wie er etiam sub hac Concretione eine Efficaciam leniter stimulandi, vellicandi, behalte. Es wird auch diese Solutio oder Saturatio nicht trocken, und wenn mans auch gleichsam Feuer-trocken machet / wenn es wieder kühl wird, und eine Zeitlang zu stehen kommt, so nimmts wieder Wasser in und aus der Lufft an sich und deliquesciret. Nun ist sonderlich in dem menschlichen Leibe Salsedo gemeiner und gewisser als die Aciditas Salsa, quæ Sali communi propius accedit, und unerachtet sie nicht eben corrosiv ist wie ein Spiritus Salis, so ist sie doch etwas schärffer in nativitate & coalitu suo als das Sal commune, welches wir sehen aus dem Urin und dessen efficacia exedente, arrodente, indem z. E. Urin ein Eisen viel geschwinder rostig machet als ein Saltz-Wasser, item daß der Urin ein Kupffer viel geschwinder alteriret, anfrist/ corrodiret und solviret als Saltz-Wasser. Unde tanto magis *talia, quæ cum salino qualitercunque acri aut acido Consistentiam talem deliquidam, amarulentam, abstergentem, salsam, adhuc leviter diureticam proinde formant, præstant, ut usurpentur præ aliis, quæ stypticam potius & tophaceam consistentiam & efficaciam præbent*, cujusmodi sunt v. gr. Creta & terrestria illa Cretæ affinia, Medullæ saxorum, Lac Lunæ &c. Interim ex hisce Absorbentibus seu terreis Mineralibus magis præfero aliis *Crystallum montanam*, imprimis ad acido-causticos bilioso-acres humores & saburram in primis viis generatam ex Iracundia, post aut immediate ante assumta alimentosa esculenta aut potulenta, inprimis jam quadantenus sponte sua acriuscule fermentare apta; sicut etiam in Infantibus lactentibus hæc res usum habet, ubi tum lac acescens

tum cum bile copiosiore seu copiosius affusa concurrens, adeoque acrius acescens, aliquid tale revera etiam Absorbens exigit.

His paria asserit in *Diss. de Novit. Medic.* §. XLIII. *p.* 21. ubi præsertim *Philosophica Corn. Cerv. calcinatio* ridetur, quod etiam in *Diss. de Alter. & Specif. Sect. II. Cap. III. p.* 28. *de Multitud. Remed. abus; Th.* XI. *p.* 12. *de Abstinent. Med; Th.* XXXVIII. *p.* 23. nec minus in *Diss. de Infant. Affect: Cap. IV. p.* 30. ubi tum *Ostracodermata* reliquis præferuntur, tum *Crystallus montana* laudatur & *Cratonis* de illa encomium confirmatur, p. scilicet 31, de qua posteriori etiam *Diss. de Febr. Lethif. Hippocrat;* §. LV. *p.* 40, quemadmodum tam de *hac* quam *reliquis* Absorbentibus *Diss. de Febb. Biliosi;* §. LIV. *p.* 26, jungenda.

XXXVI. *Febris biliosa curata.*

Diss. de Febb. Bilios; §. XXIII, p. 13.

Juvenis quidam, aliquot supra 20. annorum, habitus corporis & temperamenti sanguinei prædominantis, qui tempore hyberno hora sexta promeridiana gravissima iracundia & simul terrore per accidens aliquod percitus ad æstum, quem inde interne percipit, largum potus frigidi haustum avide ingerit, unde non multo post insigni corporis fatigatione, faciei manuumve frigore, oris tremore & artuum veluti convulsivo motu, cum gravissima præcordiorum anxietate afficitur, de qua ipsa non nisi summissa voce instar moribundi semper conquerebatur, ita ut se morti proximum putaret; accedebat insuper æstus, qui una cum reliquis symptomatibus post multas horas saltim remittebat. Redibant hæc omnia hora sexta matutina, & eadem hora promeridiana, ingravescente præcipue tum æstu & oris siccitate, tum summo cardialgico dolore. Alvus erat adstricta, & patiens sub hoc tempore proprio ausu aliquot doses Tincturæ Bezoardicæ assumserat, sine ullo tamen levamine, ut tandem die tertio consilium efflagitare cogeretur. Ordinabantur ipsi aliquot *Pulveres contemperantes* & *leniter abstergentes*, paulo post vero *Clyster demulcens* & *parum stimulans* ipsi injici curabatur; quibus continuatis, non modo alvus respondere pergebat, sed saburra bilosa excrementis admixta una excernebatur, ut inde die

quarto

quarto omnia symtomata velut evanescere viderentur, & patiens negotiis iterum domi constanter vacare posset.(1)

XXXVII. *Febris causodes ex ingluvie Panis melliti, hoc per vomitum rejecto, cessans.*

Puerum septennem circiter meminimus ex ingurgitatione *panis melliti* rudioris, qualem pistores pro culinari usu excoquere solent, in acerrimam *causodem* Febrem incidisse, cum *obstructione* alvi in quartum diem pertinaci, angustiis autem *Cardialgicis* gravissimis: Silentio interim obstinato de prægressa talis panis devoratione: Injecto autem quarto die *Clystere* moderato, cum propemodum mortem impendere imprimis ingens obfuscatio oculorum & visibilis eorundem turbatio, qualis moribundis evenire solet, minitaretur, erupit *vomitu* magna copia substantiæ *subfusco-flava*, liquidi mellis consistentia, quæ fauces ipsas sub transitu adusserat: Quo conspecto cum proditam quasi ipso facto rem conscii putarent, demum elocuti sunt, quid ingestione magnæ quantitatis *panis melliti* peccatum fuerit. Mox autem ab hac exoneratione melius meliusque iterum habere cœpit æger, & ante septimum in bonam sanitatem restitutus est.

Diss. de Feb. Lethif. Hipocr: §. XLI. p. 32.

XXXVIII. *Cholera periculosa ex infuso Radicis Hellebori nigri.*

Cum Feminæ (1) teneræ admodum constitutionis corporis præscriptum esset Vinum laxativum, cui loco aliorum Purgantium *Uncia una Rad. Helleb. nigr;* inerat; de quo etiam altero mox ab infusione manè vitrum ordinarium assumserat sine omni effectu; cum illa quidem vespera nodulum *expressisset* manibus, & sequente manè denuo eandem quantitatem ebibisset, nempe *duas & dimidiam* forte *uncias*, incidit hinc in *Choleram* adeo vehementem, cum *vomendi* & *egerendi*

Diss. de Tener. ægr. XLIV. p. 28.

(1) Legenda omnino tum de Theoria tum Praxi harum Febrium *Diss. Illustr. Autoris de Febribus Biliosis.*

(1) *XXI. annorum* fuisse dicitur in *Msto Casual. Collegi Cas. de Hæmorrhoidibus cum Tenesmoideo conatu.*

egerendi primo quidem *actibus* (2), posthac autem *conatibus*, tot atque tantis, cum *cardialgicis* atque *colicis* symptomatibus ita *immanibus*, ut jam pro deplorata haberetur, quamvis tamen divino auxilio iterum restituta sit.

XXXIX. *Lignum semiputridum Pyri Arboris cariosæ Specificum Antidysentericum Militis cujusdam.*

Diss. de Dysenter. Cap. V. p. 37.

Placet historiolam adjicere militis, qui Dysentericos feliciter restituebat parum sapido quodam fusco pulvere. Cum vero penu semel iterumque destituente nihil coëmere, & tamen iterum instructus comparere, animadverteretur, ab hospitibus attentius eum observantibus visus est ex antiqua *pyro arbore* cariosum *subputridum* lignum, in horto ad hospitium pertinente, corradere. Fides sit penes Experientiam. (1)

---

(2) Sanguinem sursum & deorsum excrevisse dicitur *l. c.*

(1) Occasione hujus specifici Antidysenterici licebit, spero, meminisse *Remediorum Antidysentericorum Ill. nostri Autoris*, quæ Schediasmate germanico publice olim laudavit, cui Titulus: *D. G. E.* Stahls, *P. P.* zu Halle, wohlmeinende Erinnerung wegen einiger bey noch anhaltend hie und da grassirender rothen und weissen Ruhr mit mehrerley bedencklichen Zufällen bey Ihme befindlichen unter GOttes Beystand zuverlässigen Artzney-Mitteln. Halle, druckts Christian Henckel. *form. qnart.*, quod *anno* 1709. lucem primo vidisse fidem faciunt *Annal. Uratisl. Tent. I. p.* 403. & occasione *grassantis* tunc *Ienæ* & *Numburgi Dysenteriæ* scriptum esse monet *D. Consiliarius Alberti* in *Diss. de Dysenter. cum Petech. & Purp. complic: p.* 24. Laudaverat autem ibidem Illustr. Dnus Autor *quatuor* præcipue Medicamenta, quæ tamen, qualia nominetenus sint, nullibi expresse indicavit. Meas itaque de iisdem conjecturas, earumque fundamenta, hic adducere permissum erit. Est vero 1. Ein Blut- und Magenreinigend, auch Balsamisches, Pulver: Circa hunc igitur si quis conferat, quæ *Ill. Dnus Autor* in *Diss. de Dysenter: p.* 35. de *Medicamento Balsamico* & *Corroborante*, sub *Pilularum* vel *Trochiscorum forma dispensato*, disserit, quæve in *Diss. de Mens. insol. viis Cap. VII. p.* 37. nec non in dem Bericht von seinen Balsamischen Pillen *p.* 30. de his monet; Harum porro Pilularum in pulverem

verem redactarum *brunnum colorem* & *facilem in aqua deliquescentiam observet*; *Assëclarum* denique *Stablianorum* tam Systematicorum quam Observatorum *unanimem earundem in Dysenteria commendationem* perpendat, parvum ei de propiori hujus Pulveris constitutione supererit dubium.

2. Ein linderend und Febrilische contagieuse Malignität dämpffendes grau-braunes Pulver: Hunc similiter multum deprædicat in allegata jam *Diss. de Dysent. Cap. V. p.* 35. 36; cui loco si jungantur, quæ in *Diss. de Curat. Castrens; p.* 23. & 24, præsertim autem in §.*XXIX*, de *Chacarilla* scribit; addantur simul *B. DD. Crameri* sub Præsidio *DD. Alberti* habita & superius jam citata *Diss. de Dysent. cum Petech. & Purp. complicat; p.* 25. *Blazer. Compend. Prax. Clin; p.* 179. Carls Armen Apotheck *p.* 36. *n. VIII. & p.* 124. *Part. III. Cap. V: Histor; Med; Sect. IV. Cap. VI. p.* 300: *Therap. General; Part. III. Sect. III. Art. I. Cap. VI. p.* 88: *Ichnograph. Prax. Clin. p.* 87. *lit. c: Juncker Therap. Gen; Tab. IX. n.* 42. *p.* 301. *seqq: Conspect. Medicin. Theoret-Pract; Tab.* LXXVI. *p.* 623. *Anonymi* gründlichen Bericht vom Gebrauch und Nutzen der *Cort. Chacarill; Cap; II.* §. 9, ubi expressa etiam *Pilularum certarum* conjungendarum mentio fit; Lustretur porro accuratius *Corticis* hujus *color:* Penitior forsan & hujus Pulveris resultabit cognitio. Sed

3. Das a part gezeichnete Pulver qualisnam sit, ingenue me nescire fateor; quæ tamen circa hunc suspicer indicabo: Illum nempe sive de *Tonico* aliquo, sive de *Anodyno*, sive de *utroque simul*, medicamento natales suas ducere conjicio *e Paradigmate Pulveris Subadstringentis* in *Diss. de Dysenter; Cap. V. p.* 36. legendo, cujus primarium Ingrediens inter alia sunt *Spec. de Hyacinth*; de quibus in *Colleg. Cas. Msct. alt: Cas. de Dysenter. rubr;* sic disserit: *Species de Hyacintho, brevis quidem compositio, egregium usum in Dysenteria adhuc incipiente apud multos Patientes, sub divina benedictione, præstitit.* Et in *Colleg. Casual Msct; Cas. de Dysenter.* de iisdem sic loquitur: *Specierum de Hyacintho pauca grana, nempe gr. iii. iv. v. pro dosi. A. gr. x. harum specierum obstinatissimas alvi obstructiones vidi.* Ja zuweilen haben auch *gr. v. vi.* zu viel gethan. De *MP. de Cynogl.* autem, cujus Species itidem partem hujus Pulveris constituunt, tum sæpius jam citata *Diss. de Dysenter; Cap. V. p.* 32. videri potest, ubi nempe *ipsa & Therica* commendantur; tum ipse Ill. Dn. Autor in modo allegato *Colleg. Casual. Msct. alter. Cas. de Dysenter. rubr;* hoc modo fatur:

Soleo in hoc morbo, ut in aliis etiam Sanguinis commotionibus, uti MP. de Cynogl; Sicut etiam, ubi magis locum habent Adstringentia, Troch. de Carabe, *quos etiam ingreditur* Semen Hyosciami. *Interim non nisi parca quantitate, gr. i. ii, adhibere soleo.* De utrorumque tandem & Pulveris ex illis compositi usu sequentes servari vult *ibidem* cautelas: Ut nempe a) non nisi *incipiente*, vel valde *diu durante, admodum diuturna*, & *notabili Febrili æstu vacua* Dysenteria, quæ nempe *sine Febri* sit, adhibeatur; b) *Semel* aut *bis de die* interponatur *Essentia Alexipharmaca*, aut *Tinctura Bezoardica* cum bono Spiritu Tartari maritata, vel etiam *MR simplex non nimis camphorata.*

4. *Essentia Bezoardica* autem in fine Schediasmatis laudata lucem forsan aliquam nancisceтur e crebrius jam repetita *Diss. de Dysent; Cap. V. p.* 33. nec non sæpius quoque adducto *Colleg. Casual. Msct. alter; Cas. de Dysenter. alb;* & quidem sequentibus ejusdem verbis: Millefolii *efficacia alexipharmaca specifica in malignis Dysenteriis, vel Epidemicis vel Febrilibus, a me ipso ab experientia commendationem meretur, ut ipsa* Essentia bene saturata *aliis commode remisceri possit. Sicut ad* Principium *Mali* obruendum, & effectum contagiosum præoccupandum *apte inservit, quo usus sum in castris Moguntiacis cum successu.* Et in *Cas. de Dysenter. rubr;* sic pergit: *Quo magis Febris Acuta concurrit conjuncta, eo magis Febri succurratur per Alexipharmaca lenia, quo casu Alexipharmacis* Rad. Gentian; *inprimis, & dextre ac perite* Millefol; *adjungenda esse moneo. Præsertim vero* Gentian. & Pimpinell. alb; *imo quadantenus etiam* Angelic; Ich füge sonsten der Essent. Alexiph; Essent. Gent. rubr; entweder part. æqu; oder dieser *pt. i.* jener *pt. ii.* bey. Je mehr Hitze ist/ je mehr nehme ich von der *Essentia Alexipharmaca.* His denique Mantissæ loco accedat *Euporiston* quoddam *Antidysentericum*, cujus Ill. noster Autor aliis in locis nullam aut parcam, *(ut in Diss. de Dysenter. Cap. V. p. 36:)* in superius citato autem *Colleg. Casual. Msct. alt; Cas. de Dysenter. rubr;* sequentem, facit mentionem: Nicht zu vergessen ist es, daß Kümmel ad ℥ß unter das Trincken gethan, oder, si lubet, darinnen gekocht, grossen Nutzen thut. Sic in primis initiis, da man ex esu fructuum eine rothe Ruhr befürchtet, wenn man eine Flatulenz oder Grimmen mercket, wenn man Sem. Carvi seu Cumini ℥i. in Wasser oder sonsten kocher, und davon einen warmen haustum nimmt, ists ein vortreffliches Euporiston für Arme und Reiche. Ich habe von einem solchen warmen haustu guten Effect gesehen. Wer da will, kan

ten sub quacunque forma de Substantia Cumini was nehmen und essen.

XL. *Dysentericus conclamatus Vino hausto curatus.*

Dum anno 1691. Erfordiæ graviter & cum multa strage hominum Dysenteria grassaretur, & honesto cuidam viro non modo filiolum jam abstulerit, sed etiam alterum non minus morti proximum fecerit, parens meo consilio adhibito de transmissis a me *Nitrosis Pulveribus* dosin puero obtulit: (1) Sed quicquid offerrebatur, quasi uno progressu iterum rejiciebatur, & per dimidiam horam immani dolore ardente intus in ventre correptus, ut dolor exacerbari videretur, unde recte abstinuit Parens ab hoc Medicamento; Nam si defunctus fuisset puer, Medicamento procul dubio tribuissent. Puer interim peculiari fato restitutus est: nam cum ille viribus ita prorsus exhaustus esset, ut Parens saltem mortem ipsius exspectaret, puer jam ab uno alterove die vehementer efflagitaverat Vini potum, cui etiam tanquam jam deperdito, aliorum inprimis argumen- Msct. Colleg. Casual; Cas. de Dysenter;

P 2 tis

(1) De *Nitri in Dysenteria* usu quædam etiam in *Diss. de Dysent. Cap. V. p.* 31. disserit Ill. Autor, ad quorum tamen, utpote breviorum, illustrationem faciunt, quæ ab eodem in *Colleg. Casual. Msct. alt; Cas. de Dysent. alb.* proferuntur, sequentia verba: *In utraque, præsertim tamen* alba, *Dysenteria locum omnimodo habet, & tuetur laudem suam, intentio atque inventio ipsius* Sydenhamii, *qui* Decoctum Lactis summopere dilutum, *partem nempe* sextam, septimam, *cum* Aqua *decoctam*, *præbuit talibus: Quo* largissimo *Potu hac materia liquida per Intestina devoluta mox quidem rejicitur, in transitu vero aliquam Abstersionem & blandam demulcentiam largitur, quod tanto commodius fit, si Potus hic medicatione aliqua alteratur: Quo quidem nomine per experientiam commendare possum* Nitrum, *sub hac saltem cautione, ut, si* graviora Tormina *inde oriri deprehendantur, cesstur ab ejusdem, præsertim* copiosiore, *usu. Qui casus uti revera rarus est, ita consulo tunc abstinendum esse: Contra dedi pusionibus, puerulis, summo cum solatio & delinitione febrilis exæstuationis.* Legatur cæteroquin de *Decocto lactis a Sydenhamio laudato,* quod scilicet ab hoc in *Opusc. Univ. Sect. IV. Cap. II. p. edit. Lips.* 228. *seqq.* factum, *Diss. de Dysenter; Cap. V. p.* 31.

tis persuasus, Parens gratificaturus versus noctem Mens. ß. apportat vini egregie spirituosi (nam ipse multa Vina Misnica ac Thuringica, quæ præ aliis generosa sunt, habebat) & mulieri curam ejus gerenti permittit ut aliquid suppeditet, ipsimet interim Parentes curis & vigiliis defatigati ad somnum sese composuerunt: Puer patiens desiderio vini allectus semel iterumque haustulum sumsit, & ultra dimidium portionis hujus successive ingessit, unde in somnum, qui prorsus antea deficiebat, prolapsus placidissime quievit, atque ita non modo tormina & Dysenteria cessaverunt, sed & post somnum viribus eximie refectus per D. G. brevi restitutus est (2).

XLI. Dysentericus conclamatus Oleo Lini curatus.

Colleg. Casual. MSct; Cas. de Dysenter.

NOtum mihi est Exemplum in Viro Phlegmatico - Sanguineo Dysenteria correpto, qui a Medico famoso tractatus Dysenteriam quidem amisit cruentam, sed alba correptus, nempe mucida, adeo ut etiam omnem spem abjiceret Medicus & uxori mortem mariti denunciaret. Die Frau, weil sie sahe daß der Mann schon für verlohren gehalten wurde, gab ihm Lein-Oel mit warmen Bier ein paar Löffel voll; die grosse Angst und Schmertzen verlohren sich darauf und wurde besser. In 6. Stunden wiederholte sie es, da er würcklich in 12. Stunden davon kam (1).

XLII. Febris Continua Tertiana Epidemica malo Regimine in intermittentem Quartanam, & ex hac in Quotidianam, ex hac autem in Lentam, & tantem pessimo Medicamine in mortem, terminata.

Obss. Chym-Phys-Med. Cur; Mens. Nov. Cap. I. p. 231. 438.

INcipit Nobilis juvenis, 28. vel minus annorum, grassante tunc temporis *Febre continua Epidemica* corripi; Quæ quidem, ut familiare per

(2) De *Vini Potu in Dysenteria* sequentia proxime ante hunc nostrum Casum differit *loc. cit*; Ill. Autor: *Potus Vini non solum ad* præcavendum *Malum Medico usui perquam utilis est*, *sed &* in ipso Morbo *insigniter conducens; tanto magis si* absit, *imo si vel maxime* adsit, Febris; *modo sit* quantitate moderata & generosum. *Novi plura exempla.* Conf. etiam *Diss. de Dysent. Cap. II. p.* 10.

(1) Vide etiam de *Olei Lini usu* judicium Ill. Dn. Autoris in ejusdem *Diss. de Dysenter. Cap. V. p.* 31.

per plures fuerat annos, pro *anni temporibus*, *tempestatum* vicibus, personarum *diverso habitu*, modo hanc modo aliam *benigniorem* speciem induere, sub eaque latitare, solita nunc sub *Tertianæ continuæ* Schemate Patientem invaserat. Erat ipse *habitus* Corporis *laxi*, *turgidi*, *Sanguineo-Cholerici*, aut *Phlegmatico-Cholerici* potius, turbida *contrariorum* confusione verius quam mixtura, *capillis* albidis, valde *crispatis*, oculis taurinis, moribus *timidis* & ad nutum aliorum compositis, animo vero *felleo* & *clandestino*. Laboraverat ante paucos annos *Arthritide* vaga immani, quam ex abusu vini fortissimi Thuringici contraxerat. Fastidiisse abhinc *vinum* memorabat, sed videbatur magis per abstinentiam id fecisse, utpote longissimè a prodigalitate alienus, quandoquidem, cum nunc aliquamdiu in aulam evocatus, ubi gratis erat quod biberet, adeo mores hos mutabat, ut contra Cerevisiæ fastidiô correptus appareret. Decumbebat itaque nunc *Febre* hâc *Tertiana* continua satis incommode, *æstuans*, *anxius*, *angustia* præcordiorum oppressus, membrorum, præcipue vero *dorsi*, in principio, ut solet, *tensivis* doloribus agitatus: *Caput* erat sic satis liberum & ab ingenti dolore immune. Procedebat hæc *Febris* usque ad secundum *septenarium*, ubi tamen a *primo* sensim sensimque minuebatur omnium *Symptomatum* vigor; nisi quod a neglectiore regimine, *sudoribus* statis minus eventilatis, diuturnior in *artubus* imbecillitas, seu gravitasve-r us, restitabat: neque *appetitui* invalenscenti satis respondebat *ventriculi* tolerantia, quin a *copiosiori* cibo angustiæ aliquæ & morsus subirent. Dum hæc omnia composita rursus videntur, *quarta* a primo decubitu Septimana adventu hospitum ad compotationes prolapsus, & ingluvie ciborum dapsilium denuo oneratus, corripitur *Quartana*. Cum hac per *sex hebdomadas* laborasset, successiva vero Febris enervatione denuo liberatus appareret, fame jam insatiabili non modo multum, sed fere difficillima quæque, vorabat, *brassicam muriaticam* cum *botulis* assis, *haleces*, *pernas* fumo induratas &c. Exigebat ab his etiam incommodis & abusibus Diætæ ereptus alias fere *sex septimanas*. Ibi ex imprudenti obequitatione in *hyberno* non *aëre* tantum sed *vento*, cum ad 18. septimanas extra arcis circuitum in *campestrem* liberum aërem non pervenisset, corripitur denuo *Febre*, sed *Quotidiana* intermittente. Conflictatur cum hac quoque ad *duas septimanas*, antequam ad decrementum & sensim ad ὀρθόςασιν revocaretur; *languebat* interim & *viribus* & *ventriculo*, proximeque *Lentæ febri* res erat, adeo

ut ab hoc utique affectu penitus ad se non reverteretur usque ad *Martii* Mensis 1694. *idus* circiter. Circa hos cum deterius habere sibi videretur, adeoque per duos vel tres dies aliquid medicaminum usurpasset, evenit ut Medicus hactenus ipsum cura sua suffulciens iter ad aliquot dies cum Principe subire necesse haberet; Unde in omnem eventum & Medicamenta & Præscriptiones relinquebat. Eo ipso die, quo profectus cum Principe erat Medicus, & quidem summo mane ingressi iter, circa nonam aut decimam meridiei denuo *horrore febrili* concutitur Noster, eoque prætermisso, *æstu* sat vegeto. Non *remittit* hic usque quaque ad alterum usque accessum, qui *anticipando* invadebat. Hic persuadentibus aliquot congeneribus, præcipue vero supra memorato illo, qui a *Quartana* hoc artificio liberatus erat (1), ut repudiatis *languidis* & *longinquis* methodis, quibus hactenus toties recruduisset *Febris*, certum illud & *infallibile* celebris istius N. N. remedium accerseret, ita enim missis omnibus ambagibus cito & certo sanitati suæ restitutum iri. Auscultat, & historiam affectus sui a prima *continua Tertiana*, per subsecutam *Quartanam*, subjunctam *Quotidianam*, ad præsentem novam *Continuam* exactis narrationibus delineatam, una cum medicamentorum hactenus usurpatorum *ordine*, *signatura* & *intentione*, imo & percepta indies *efficacia* & deprehenso fructu: hæc omnia, inquam, artifici isti transmittit, adjecto petito, ut de *Panacæa* sua *febrifuga*, quantum necesse videatur, mittat, usum vero ad præsentem *Febris rebellis* genium exactius assignet. Adjecerat, quod Medicus hactenus suus a *Quinquina* usu sedulo sese dehortatus sit, & varia periculosa consectaria, *Arthritidem Rheumaticam* ante omnia, aut tumores *Oedematosos*, aut *Hecticam* præsentissimam, sibi inde præsagierit. Audierat enim, quod universum hujus artificis arcanum nihil nisi *Electuarium* e *Quinquina* sit, cujus revelationis lepidam historiam statim subjungam. Transmittit hæc omnia per expeditum nuncium, ad hoc negotium mature peragendum expresse conductum. Rescribit iste paucis: Non adeo suspectam esse *Quinquinam*; suum medicamentum nihil cum illa communem habere: Esse vero hoc *Febrium unicum verum & perpetuum* domito-

(1) Subjectum nempe *Historiæ* LV. inferius a nobis adductæ: Quæ ad reliquas hujus nostri Casus circumstantias illustrandas cum *proxime illam insequente* LVI. perlegenda.

mitorem. Mittebat autem *pulverem album*, non adeo exquisite tenuem, & quidem in unica schedula, ad Drachmam unam; *Electuarii* vero magnam molem, ad libram unam medicam. De *pulvere* jubebat sumere ad quantitatem *pisi* versus Paroxysmum; De *Electuario* post Paroxysmum &c. Sequente itaque summo mane sub gallicinium, capit Noster de *pulvere*. Hic postquam aliquamdiu in Ventriculo intepuit, *angustiæ*, *angores*, *anxietates*, omnia *enormia*, *Vertigines*, *mentis motiones*, *Syncopticæ Cardialgiæ* præludia; mox *convulsivæ* concussiones, imo totius semel corporis repentinus & præceps *convulsivus raptus*, ut in ictu oculi caput ad imam lecti partem, pedes ad summam, recumberent: Aspectus sub his omnibus *&* *metuens* & *metuendus*, *suspiria* lamentabilia, luctuosa, profundissima, *sudor* copiosissimus, sed non tam *frigidus* quam *gelidus*. Durant hæc omnia non una sed *pluribus horis*; Adstantibus plerisque videtur *agonem* agere, vocantur curriculo *Medicus*, *Parochus*, noti, ignoti. In omnibus nihil consilii, nedum præsidii. Præscribitur *Potiuncula* ex *Aquis Buglossi; Borrag; Ceras. nigr;* & *Lapid. Cancr. prepar;* & similia. Quo effectu, non opus est ut adjiciam. Mittitur e vestigio eques nuncius ad artificem, & verum jam *Anchiatrum*, qui referat eximios successus. Ille de consilio hoc quidem mutat, ut de *pulvere* amplius assumere dissuaderet, de *Electuario* vero continuare præcipit, ita fore ut omnia felicissime procedant. Dum nuncius ultro citroque currit, domi omnia deteriora: *Anxietates*, ut ut *remissiores*, constanter tamen recrudescentes. *Febris continua*, sed perpetuis intercursantibus *anxietatibus horridis* & *algidis vaga*, faucium *torrida* siccitas & perpetuus ardor, *mentis* vagæ motiones, nullus *somnus*. *Quarto* abhinc die, nempe post egregii remedii tragœdias inchoatas, redit Medicus *ordinarius*. Vocatur mox, cum ingenti quidem pœnitentiæ præfatione, & non modo usus sed etiam eventus peregrini remedii fida penitus confessione: Erat *nona* nocturna hora. Ibi primo statim aspectu territus vix jam noscendum spectabat patientem summe extenuata & cætera *Hippocratica* examussim facie, nisi quod *feroces oculi* eminerent, & modo *rigidi* modo *torvi* micarent: Donec paucis momentis interjectis lacrymis erumpentibus, consternatione Medici animadversa, miser patiens omnibus adstantibus easdem elicuit. Fateor toto pectore, sincero, & simplici ad impias fraudes animo, in mentem non venisse, quod Medicus in *statione* honesta collocatus, amplis *titulis* ad votum & ambitum

tum potitus, & largissima fortuna auctus, (licet ex hoc maxime *remedio* hæc pleraque conquisita multi asseverent) *Venenum* pro remedio miserit. Unde in turbatum per *Chinachina* intempestivum usum decursum & *typum* atque *motum* Febris, & *genium* præterea ejusdem inde a primo decubitu *malignum* Epidemicum, animum dirigens præscribit *Bezoardica* utique & *Alexipharmica*, *Cardiaca*, *Analeptica*; Interponit *Alterantia*, *Temperantia*, leniter *Abstergentia*: Omnia sine fructu. Videbantur quidem aliquid proficere, sed sine continuitate successus; quin potius insperatis & improvisis recursibus *angoris*, *mentis* motionum, *debilitatis* postea & *virium* lapsus extremi, *agrypnia* præterea insuperabilis, aut *pavoris* sub levissimo somni conamine gravissimi, imo terroris trepidissimi concursu perpetuo repullulantibus, post *undecim* denique abhinc dies, adeoque *sedecim*, quin potius *quindecim*, a primo medicamenti egregii usu, exantlata priore vespera gravissima animi *anxietate* circa objecta spiritualia, placide ad ultimum in mortem defecit.

loc. cit. p. 246. 446. Cap. III. Quantumvis in Patiente hoc, qui famosum *album Febrifugum* expressa commendatione & *exquisito præscripto* Dispensatoris assumserat, pessimos illos successus, & *præsentissimos* quidem, ipsamque assumtionem *immediatè* consecutos, partim *fida relatione* partim ipso spectaculo funesto comperiissem; Non veniebat tamen, fateor, in mentem *Arsenicum* esse, qui transmissus fuerat, *pulverem*: Præjudicio qualicunque, quod de *statione* & *fastu* reliquo hujus venditoris habebam, in has cogitationes non proclivi. Accidit interea, & tempore non ita longo post, cum *Jenam* profectus essem, ibique primitus memoratum Amicum (1) alloquerer, sermone ad varia devoluto, mentionem *Specifici* illius injicerem, & quid vel de *efficacia* ejus vel de ipsa *essentia* ipsius hactenus deprehendisset, interrogarem. Ibi ille subridens *efficaciam* quidem satis *certam* esse, sed non vacare undiquaque *incommodis*, respondebat. Ante omnia, subsequi usum ejus *ingentem angustiam* non æque quam *anxietatem*, ut cœlum & terram sibi incumbere, quod vulgo loquuntur, Patientes opinentur: Alios *horribili vomitu* & *conatu* vomendi exerceri. *Certius* fere una sæpe dosi pelli febrem, ubi *angustia* illa secuta fuerit. Substantiam ipsam quod concernat, pervenisse se denique in ejus notitiam; Ubi, interposita Historia variorum experimentorum ad imitationem effectuum ante dictorum institutorum, dubitare visus an proferre deberet non probatam

(1) Cujus nempe *inferius* in *Historia L. V.* mentio fiet.

batam ſibi artem, interpellatus tamen de veritate non diſſimulanda nihil aliud eſſe fatetur quam *Arſenicum album*. Jam aperta erat tota ſcena. Ego, ſimul atque domum deveneram, contemplatus *pulverem* illum *album*, *pondus*, *conſiſtentiam* ſubnitidam, *odorem* & *volatilitatem* ſuper prunis, *penetrationem* & *dealbationem* cum inter duas *lamellas politas* cupreas, luto extus involutas, leni incandeſcentiæ committitur, denique *peſtem* & *ſtragem muſcarum*, quæ de Cereviſia, in qua momentum hujus ebullierat, biberant; omnia in aprico & conſona vero deprehendebam. Nominaverat interim Vir hic ipſe optimus unum adhuc alterumve *Medicum Practicum*, *juvenes* quidem illos & miraculis talibus vel *nummos*, vel *famam*, vel utrumque ambientes; Simulque de vulgato jam tum ejus abuſu inter *tonſores*, *balneatores*, & ſimiles homines retulerat. Unde ipſemet harum rerum attentior factus comperi utique perquiſitione curioſiore, latius, quam credidiſſem, ſerpere hoc *flagitium*, & hinc inde eſſe, qui nequitia hac abutantur. Interim tamen maniſeſte ſatis intellexi, *latiorem ſtragem* neminem facile hoc veneno dediſſe, quam dictus ille primarius hujus inſtitutor, ut pote qui plane *Catonis* illud implens *grandi mercede hoc ipſum faceret, ut fides ſit ipſi:* Simul verò tacite veneratus ſum *Divinam juſtitiam*, quæ hunc virum in illas *domos* immiſit, ubi *clades* & *ſpiſſa deinceps funera* edi in fatis erat.

XLIII. *Hemitritæus ſola abſtinentia & vomitu ſpontaneo curatus.*

JUvenis nobili proſapia ortus, habitus *Sanguineo-Cholerici*, febrem ardentem incurrit. Ex qua, an propriâ culpâ an medentis incuriâ jam non interpretor, in *Hemitritæum* infelici prorſus metamorphoſi conjectus ita tandem omnis medicationis, imò ferè ipſius vitæ, pertæſus, cum non per ſeptimanas aliquot, ſed per plures menſes, malum duraret, firmiter ſecum conſtituit, tam ab omni medicatione quàm à victu etiam, quoàd uſquam valeret, penitus *abſtinere*. Quid fit? Per aliquot dies tolerata ſic ab omni victu *abſtinentiâ*, Natura, quamvis vires ſenſim deficere viderentur, operoſum nihilominus & maximè ſalutarem niſum inſtituit, quò per *vomitum* materia ex *atro viridescens* & valde *tenax* expellebatur. Quô factô tam pertinax malum ſimul & ſemel ceſſavit, atque perfecta Euphoria hanc methodum

Diſſ. de multor. atque magnor. Morbb. Remed; VII. pag. 28.

Q con-

consecuta est. Idem observare sæpius licebit harum rerum curiosis, adeò ut illis in ejusmodi historias inquirentibus atque tales audire volentibus plane non futurum sit novum, quosdam vel sola ab assumendis *abstinentia* sanitati fuisse restitutos. Qualem etiam observationem nonnullis ansam præbuisse nulli dubitamus, ut peculiari methodo, quam *Inediam* vocarunt, die Hunger-Cur, omnes promiscuè morbos nimiâ fiducia debellare aggrederentur.

XLIV. Febris intermittens Tertiana legitima.

Diss. de Tertian; Cap. I. pag. 7.

Juvenis, inprimis cæteroquin satis sanus atque vegetus, non tamen æque ad quaslibet rerum non naturalium varietates, imò notabiles aberrationes frequentiores, assuefactus, cum *verno* tempore, *Aprili* Mense, *tempestate* varie turbulenta, de anguillâ elixa multum & repente ingurgitasset; & mox *frigidam*, de reliquo vero jam *vappidam* tenuem, *cerevisiam* superbibisset, corripitur cito *nauseabunda* quadam satietate. Cum etiam post prandium in liberiore aëre, vestimentis juveniliter tenuioribus instructus, corpus *frigori* exponeret, sentit subinde *horripilatoriam* quandam molestiam, *præcordiorum* rigidam gravitatem, *nauseosam* adversitatem, & *capitis* gravativum inprimis, simul tamen etiam acutiorem & vertiginosum, *dolorem;* cui mox *artuum* etiam gravitas, quin universi corporis *languor*, vestigia legunt. Ita sensim magis magisque pejus habet. Vesperi non deest solum *appetitus*, sed emicat subinde positiva potius *nausea*, cum continuis tensionibus in abdomine tanquam gravativis, & interdum volutatione brevi flatulenta. Noctem exigit parum quietam, dolente adhuc jugiter & simul quadantenus *stupente capite*, & *languente* admodum corpore. Mane surgenti valde grave est *caput*, stupidum, vertiginosum; *languor* corporis moderatior, *præcordiorum* etiam tensio levior. *Decima* vero *hora* appropinquante (duabus & media ante meridiem) increbescit cito *dolor capitis* acutior, obruitur corpus torpore quodam & gravitate, redit *præcordiorum* tensio seu gravitas, & nauseabunda illa adversitas; ita quidem, ut jam orthostadiæ quasi tæderet, & lectum seu grabatum circumspiceret. Agitatur tamen *inquietudine* peculiari, ut vix aliquamdiu jacens iterum surgat, iterum sedeat, iterum decumbat, cum illa frequenti Germanorum male habendi expressione: Es sey ihm so übel, qua communiter in nauseosis & cardialgicis pathematibus

tibus indicandis utuntur. Sensim nominat & *spasticam* aliquam stricturam in brachiis & cruribus, in dorso quoque vagam quandam tensionem, secundum diaphragmatis ambitum versus præcordia excurrentem; quam mox sequitur non solum in hac regione & sub hoc velut excursu frigidæ cujusdam *horripilationis* sensus, sed momentaneis ferè successibus augescens sensim totum corpus occupat, & præcipitibus augmentis cito maximo frigore totum percellit, & *horroribus* non saltem *contremiscere* facit, sed revera vehementer *concutit*. Sub hoc frigore sequentes circumstantiæ in Patiente conspicuæ sunt: *Gracilescit vultus* & manuum *digiti*, & refrigescunt simul primo nares & aures & digitorum apices; in quibus inprimis sese offert *unguium* talis ab extremitatibus pallor & in radicibus livor, quasi in extremo fastigio fortiter compressi essent. Conqueritur Patiens de sensu etiam *constrictionis* atque tensionis circa hæc loca; Refrigescunt etiam sub hoc ipso hæ partes primum omnium. Ab his autem serpit præcipiti quodam successu hæc contractio non solum per universam faciem atque manus, sed cito etiam totum penitus ambitum corporis. Unde non solum frigus æqualiter intensum, sed oculis etiam conspicuus, exquisitus, imo luridus sive sublividus hinc inde, *pallor*, totius habitûs externi corporis veluti repentina quædam *tabes*, aut sane macies, inprimis autem *vasorum* sanguiferorum per totam corporis peripheriam veluti repentina disparitio, partium autem mollium reliquarum spissa quædam & subrigida densatio. Sub hoc frigore & horridis tremoribus corporis, & magna capitis turbulentia ac doloribus, *angustia* insignis circa præcordia, increbescens magis magisque vera *nausea*, urgent. Inde inquietudo anxia, quæ tandem in conatus, ultimo etiam effectum, *vomendi* erumpit. Quamvis quidem præsente adhuc vice non ita multum evomat, sed magis incassum sese torqueat Patiens: Aliquid tamen muci tenuioris excutitur. Postquam per tres horæ quadrantes vel circiter *anxietas* hæc cum *horrido* prorsus *frigore* duravit, remittit sensim utrumque, & in ingentem *lassitudinem* mutatur; cui tamen mox *calor* corporis maxime *inquietus* & *ingens*, repentinis incrementis augescens, succedit. Acutior simul fit *dolor capitis*, & impatientior æger. Cooritur vehemens *sitis*, interim, licet *rubeat* intense patiens, & habitus corporis præ sanguinis exundantia velut *inflatus* appareat, nullus tamen in tota cute mador aut sudoris ullum vestigium comparet. Pathemata illa angusta atque anxia, quæ per fri-

goris periodum valde exercuerant Patientem circa *præcordia*, & per unam vel amplius horam ipſius etiam *æſtus* adhuc duraverant, minuuntur ſenſim, imo evaneſcunt ſucceſſivè, ita ut quartâ poſt primum initium horâ nihil quidem amplius tale ſentiatur, interim tamen utique etiam pertinaciter adhuc tenorem ſuum ſervet ipſe *calor* admodum vehemens. Poſtquam tandem hic etiam per novem circiter horas æquali ad ſenſum pertinacia duravit, animadvertitur ſenſim intepeſcere atque minui, adeoque Patiens ſenſim tranquillior atque quietior evadere. Intra horæ circiter decurſum pergit ita ſenſibiliter hoc caloris decrementum, ut etiam tactui nudo jam iterum pateat, & naturali corporis tepori reſpondeat. Ubi ſimul manu deprehenditur levis in cute *mador*. Ceſſat ita etiam *ſitis*, imò potius quædam velut *inappetentia potus* ſuccedit, nihilque de omnibus toleratis incommodis reſtare percipitur, præter ſolam fatigationem velut a labore moleſtiore exhauſto. Unde quidem etiam ſomnus per noctem illam non adeo æque tranquillus atque profundus ſuccedit, ſed non ſolum *levior* ſolito & paulo *inquietior*, verum etiam ipſo adhuc ſequente manè *inertiam* quandam atque laſſitudinem relinquens. *Caput* interim, licet leviter veluti nubilum, *dolore* tamen vacuum eſt. Imo reliquum etiam corpus, quin ipſe animus, præter leviſſimum quoddam *faſtidium* & vegetæ alacritatis exiguam imminutionem: Sufficit tamen debitis & *vitalibus* ac *animalibus* & ipſis *voluntariis* civilibus actionibus. Appetitus etiam, licet reliqua recte ſana conſtitutione aliquanto languidior, tamen ſic ſatis mediocris iterum præſto eſt; &, licet ab aſſumptis etiam mature admodum *obſaturetur*, quin etiam aliquid gravativi in *præcordiis* poſt ſe trahere appareat, nihil tamen eximium inde reſultat ulterioris gravioris moleſtiæ. Abit ita hæc dies ad veſperam uſque, ubi *appetitus* licet nullus æque poſitivus ſentiatur, poteſt tamen etiam ſine ulla averſione aliquid edere, nec fere inde peculiaris incommodi ſenſum incurrit. Ipſa *laſſitudo* non æque ſenſibiliter augeſcit, nec ipſa directa *ſomnolentia* peculiaris ſeſe exerit. Dormit hac nocte ſi non plane profunde, tamen melius quam pridie. Expergiſcens etiam ſequente mane non habet de quo conqueratur, & ſatis bene ſibi conſtare non aliis magis quam ſibi ipſi videtur. Poſtquam tamen ſurrexit & aliquamdiu obambulavit indutus, aliquid inertiæ ſenſim iterum percipit, quaſi a prægreſſo heſterno atque pridiano languore adhuc reſtitantis, ut nondum exquiſitè ſibi reſtitutus videatur,

deatur, licet nihil æquè positivè malè habere appareat. Versus *horam nonam* tamen quasi segnior evadit, ita ut etiam ad *oscitationem* atque *pandiculationes* propendeat. Magis magisque grave hinc fit *caput*; & sensibilius iterum positiva emicat primò *fastidiosa*, mox etiam *languida*, fatigatio; *caput* magis magisque sensibiliter oneratur, tandem turbatur levi veluti vertigine. Incipit hinc iterum *nauseabunda* præcordiorum, & sensim magis gravativa atque tensiva, inquietudo; succedit ocyus incursatio illa *horridula*, quæ mox moxque augescens ad *frigus* per totum corpus, & *horridas* tandem concussiones tremulas, iterum procedit. Simul exsurgit iterum ingens illa *præcordiorum* nauseosa & *anxia* perturbatio, adeo ut Patiens iterum pessimè habere videatur, omnibus præcipue illis oculo conspicuis circumstantiis, *palloris*, extabidæ *maciei*, oculorum orbitæ veluti *concava* atque *lurida*, *venarum* universarum velut *disparitionis* &c. simul & semel iterum elucescentibus. Nausea *vomibunda* sensim mox iterum ad *conatus*, imo *extorsiones* actuales *mucidæ*, tandem etiam *bile* offusæ, coloratæ saburræ progreditur. Abhinc reliqua paria, ut in paroxysmo nudius tertius tolerato, *successione*, *duratione*, tandem etiam *exitu*; nisi quod hic insultus unâ forte horâ maturius mitescere appareat. Paria hac etiam nocte; similia subsequente die, uti nuper. *Alterna* iterum die paria omnia uti *tertia* hâc & *prima*. *Evomit* tamen hoc tertio paroxysmo patiens notabiliter plus variæ saburræ *olidæ*, & consistentiâ etiam *turbidæ*; quamvis hôc ipso mane nonnihil jusculi assumserit. Æstus etiam neque in universum ejusdem, uti nuper, impetûs exquisitè esse observatur, nec ejusdem durationis, sed post sextam horam a sui initio jam iterum notabiliter mitescere. Super omnia verò emicat *hoc tempore decrementi* non solum manifestior, sed omnino largior, *sudor*; quem velut in momenta sensibilior sublevatio excipit, adeò, ut patiens hâc vesperâ post finitum totum paroxysmum ad sensum *tranquillior*, imò *vegetior*, observetur; *Nocte* hac etiam quietus dormiat; subsequente die non solum *vegetior* corpore, sed animo etiam *alacrior*, existat, *appetitum* ad prandium sensibiliorem adferat, & plus etiam quam hactenus assumendo non ita cito obsaturetur: post prandium etiam parem, uti nuper intermediis illis diebus, *præcordiorum* gravitatem aut qualemcunque tensionem vix percipiat. Interim revertitur proximo die, qui a primo insultu est *septimus*, hora consuetâ idem, uti hactenus, paroxysmus *frigoris*, *horroris*, & reliquorum symptomatum, un-

 dique

dique tamen ad sensum *lentorum*; nec etiam *nausea* æque sensibilis, nedum *vomitus*, amplius sentiuntur; *angustia* etiam ipsa vix sensibilis adest, *anxietas* vix ulla memoranda. *Æstus*, quamlibet sensibilis, hactenus tamen solito minimè comparandus; *sitis* proinde etiam moderatior; *duratio* vero universa *quatuor horas* non excedens, quibus elapsis mox intepescens *sudorem* affert largum, simul tamen *placidum* & *æqualem*, cum quo *æstus* velut in momenta *detepescens* patientem cito sublevat, ut illa hac ipsa etiam adhuc vesperâ tranquillior tanto quietiorem inde noctem absolvat; sequente mane longè vegetior & alacrior surgens majore euphoriâ hunc etiam diem exigat, *appetitum* æque atque tolerantiam ciborum propemodum sine querela recuperaverit, & vix de levi aliqua lassitudine præter solitum promtiore quod conqueratur adhuc habeat. His quidem ita se habentibus, cum juveniliter sibi indulgeat, affatim & quicquid ferè occurrit edat, in publicum etiam magis magisque toto die indifferenter prodiens auræ liberæ sese mancipet, inprimis hac tempestate turbulentæ, frigido-humidæ, horridæ, incurrit iterum sequente die, horâ hactenus consueta, paroxysmi insultum tam *frigore* quam *æstu* satis inclementem, brevem tamen & vix *quinque* horarum spatium excedentem. Sub quarum finem cum satis promptè detepescat æstus, eo securior & moræ impatientior æger e lecto surgit, neque *sudori* sponte emicanti vacare cordi habet. Unde paulo diutius in vesperam illam languidior, noctem tamen satis quietam experitur, diem etiam subsequentem veluti illibatæ sanitatis compos absolvit; imò *appetitum* præter morem, & propemodum præter modum, auctiorem experitur. Nihilo secius proximo rursus die horâ consuetâ recrudescit iterum *paroxysmus*, proxime præcedentem per omnia, inprimis *brevitate* durationis, æquans. Continuat hæc scena diutius ad complures succedentes paroxysmos. Interim patiens tum intermediis diebus tum ipsis, qui paroxysmum afferunt, tam *ante* quam aliquanto *post* paroxysmum satis sanus & sibi constans visitur, *intermediis* inprimis diebus nullum alterum non penitus illibatæ valetudinis signum præ se ferens, quam exiguam *coloris* labem, *pallore* leviter veluti flavescente, quamvis non admodum memorabili, conspicuam: & qualemcunque ad labores quoslibet promptiorem fatigationem.

Non sine causa in Historia nostra allegavimus Febrem hanc in *juvene masculo* coorientem; quandoquidem familiarius *virilem* sexum occu-

occupat, quam *femininum:* Non quod feminis planè non, aut rarissimis exemplis, eveniat; sed quod rarius utique aliquanto, neque tam prompte etiam, uti viris, imprimis *juvenibus.* Porro *tempus anni* data prorsus opera indicavimus *vernum:* Non quod Tertiana *absolutè* huic tempori velut alligata sit, nec alio quocunque oriri possit: sed quod revera hoc ipso tempore *familiarius*, imò etiam *promptius*, contingat. Occasionem etiam ejus ab intemperantiore *esu anguillæ* memoravimus. Quoniam *Tertiana* & hujusmodi errores in esculentis magis immediate frequentibus admodum exemplis excipere solet & insequi; & alias etiam huic imprimis anni tempori ex eo maximè fundamento magis imminere apparet, quoniam per hyemem in corporibus minus solerter a frigoris injuriis munitis tum in universis humoribus, tum seorsim in *primis viis*, ex digestione per easdem causas non satis vegetè procedente & absoluta saburra ejusmodi *mucosa* restitare possit, quæ tandem huic commotioni febrili occasionem præbere valeat. Neque vero ab Historiæ filo alienum est, quod notavimus, non *statim post* hunc errorem in diæta commissum, sed *alterô* demum die, Tertianam hanc obtigisse; quandoquidem non hoc solum familiarissimum est, sed admodum frequenter etiam *tertiô* demum die, non rarò etiam pluscculis jam elapsis diebus, & propemodum novâ concurrente occasionali causa, febris hæc prægressis ejusmodi causis succedit. Sicut autem etiam illud annotavimus, quod hæc intemperantia Diætetica mox aliqua alia *sensibilia* incommoda circa *ventriculum* & *appetitum* post se traxerit; ita communissimè certè, quando etiam Tertiana febris diu post hujusmodi diætæ errores cooritur, intermedio tamen tempore satis sensibiliter sese exerunt talia circa *appetitum* atque *primas vias* symptomata, quæ testatum facere possint, quod hæ *partes* & *actiones* ab aliqua reali molestia obsideantur, cui deinde *Tertianam Febrim* supervenire longe manifestius atque verisimilius sit, quam aliunde & qualibet altera sive causa sive occasione, aut plane per se, coortam cum istis rebus nihil peculiaris aut directi nexus habere. Notari autem debet illa huic febri *legitimæ* non magis familiaris, quam potius *certa* atque *solennis*, circumstantia, quod totius scenæ, *Paroxysmorum* inquam suorum, peculiariter *statum* servare soleat tempus *incipiendi* horas *ante-meridianas.* Nec illud quidem promiscuè, sed peculiariter a tempore vulgo consueto *jentaculi* ad tempus *prandii.* Adeò, ut *simplex legitima* Tertiana vix unquam aliud tempus subeat; imò verò, quæ

aliud

aliud tempus occupare sentitur, *primis* præsertim suis invasionibus, vel eo ipso justam suspicionem faciat indolis minus simplicis atque sinceræ. Quo magis etiam sub ipsis sui *progressibus* hoc invadendi seu paroxyzandi tempus statum *variat*, eo justiorem suspicionem facit alienæ *complicationis*, & minus ingenuæ indolis atque simplicitatis. Porrò, prima illa perceptio *tensionum* sensibilium circa artus adeo solennis est inter prima plerarumque febrium, imprimis autem *Tertianæ*, præludia, ut alibi quidem mitius, sed & eo ipso veluti generalius, artus pererret, imò totum corpus externum; (unde non solum ad *oscitandum*, sed inprimis ad *pandiculationes*, feruntur ægri;) Alibi verò manifesto vulgaris appellationis *spasmo*, in cruribus suras, in brachiis cubitos & carpum manus, stringat. Sicut in *acutis*, tanto magis autem *malignis*, ante omnia *exanthematicis*, febribus, sin minus reliquos artus æquè sensibiliter, *dorsum* tamen peculiariter, corripit. Enim verò in *Tertiana* Febre etiam familiaris est *in dorso* tensionis cujusdam sensus; sed & paulo obscurior, & brevibus magis micationibus, quam universali quadam & magis pertinaci contentione. Obtingit præterea vix alio, quam proximè impendentis *paroxysmi*, tempore; ubi vagis quibusdam & secundum limbos diaphragmatis antrorsum ad præcordia excurrentibus, tremulis veluti vibrationibus jam jam ingruenti frigori præludit. Imò verò *densationis* hujus spasticæ, universum habitum corporis æqualiter sensim comprehendentis, primum etiam signum est paroxysmo similiter mox præludens illa *compressio* totius peripheriæ corporis, quæ Patienti speciem conciliat, ut vulgo tanquam in genere interpretantur, ægram, quam Germani nostri appellant, Er sehe übel aus, kräncklich, verfallen; es sey ihm gewiß nicht wohl, man sehe es ihm wohl an, &c. Cujus totius rei cardo in eo vertitur, quod Patiens *contractam* quandam faciei veluti densitatem, adeoque repentinæ veluti *maciei* sive *contabescentiæ* speciem, intuentibus offerat. Augescit autem hæc eò magis magisque, quanto jam evidentior sese exerit frigoris sensus. Ubi non solum tacita talis corporis compressio summæ *maciei* sive tabis similitudinem exhibens conspicitur; sed omnino ad *succussationes* usque tremulas augescit, imò *palpitationes* potius membrorum, quam simplicem *tremorem*, format. Frigus autem ipsum, & imprimis *horrida* ejus, primo corpus veluti perreptans mox etiam violentius concutiens, incursatio, quando paulo circumspectius advertitur animus, pariter initia sua circa illam

partem

partem *dorsi*, qua processus *diaphragmatis* & simul proxime sub illis *intestini duodeni* extenuatio in *jejunum*, præsto sunt. Sicut autem nemo quisquam *Tertiana* Febre correptorum a *præcordiorum* angustiis, imo *anxietatibus* qualibuscunque, immunis vivit, & ad minimum innominatum illud de reliquo *male habere circa præcordia* vulgo memoratum experitur; ita plerisque, imo vero *simpliciter* & exquisite *Tertianariis* omnibus, perpetua est stomachalis hujus seu præcordialis perturbationis specialissime *nauseabunda* conditio, ut vulgo dicant: Es sey ihnen so sehr übel, als wann sie sich übergeben sollten; werden sich wohl übergeben müssen; wann sie sich nur übergeben könnten etc. Quo magis *legitima* est Tertiana, eo certius ad ipsum etiam affectum pervenit *Vomitus*. Differentia tamen illa intercedit, quod apud alios quidem *conatus* vomendi satis fortes obtingant; sed sine consideratu digna *excretione*, inprimis alterius materiæ, quam nudi forte *muci*. Apud alios autem ejicitur *copia tenacis* mucosæ, vel simul etiam varie *discoloris*, materiæ, assumtorum male digestorum reliquiis interspersis; interdum etiam *biliosa* saburra jam concurrente jam succedente: aliquando etiam ipsi adhuc prorsus indigesti cibi, &c. Ita v. gr.

XLV. *Febris intermittens tertiana ex esu Brassicæ crispæ, hac vomitu rejecta, curata.*

XLVI. *Eadem ex Vvarum ingurgitatione, his alvo exclusis, curata.*

Femina sororis suæ domum ipsa hora prandii præteritura ad illam divertit, & in culina cibum mensæ inferendum expromentem offendens brassicam crispam ibi conspicit, de qua bonam portionem ita festinanter & in transitu devorat, & inde domum iterum properat. Non mirum videbatur, quod de suo domi parato prandio nihil amplius appeteret; sed non solum nihil appetebat, verum nauseabat etiam. Cumque cerevisiam superbibisset, grave veluti pondus in ventriculo inde sentiebat. Continuabat, imo augescebat, inappetentia, non tam simplex quam nauseabunda, illo & sequente die, neque minus illa ventriculi gravitas, quin varius omnino obscuri doloris sensus, Tertio die corripitur Febre, quæ posthac etiam

Diff. de Febb. Tert; &c. Cap.II. p. 16. seqq.

etiam tertianario typo revertens tertio demum poſt paroxyſmo vomitum inducit vehementiorem, quo ipſam illam, quam nuper, ante ſeptem inquam dies, aſſumſerat, imo ita ut aſſumſerat, nihil alteratam braſſicam magna copia (nempe veriſimiliter etiam quantum ipſius aſſumſerat adhuc totum) ejiciebat: Et ita quidem præſentiſſime ad ſe rediens poſt proximum paroxyſmum quam leniſſimum a Febre deinde immunis evadebat. Ita nota etiam eſſe poteſt notabilis certe illa apud *Kerckingium in Specilegio* Hiſtoria juvenis ruſticani, qui cum Tertiana Febre per multas ſeptimanas conflictatus, tandem per alvum dejectis acinis aliquot ſeu baccis uvarum adhuc integris & nihil alteratis, quos ante invaſionem Febris cum pluribus, ſed melius commaſticatis, ingurgitaverat, a Febre facile deinceps & cito liberatus eſt. (1)

Non placet hiſtorias hujus generis, quæ magno numero paſſim tam in Scriptis medicis quam quotidiana praxi occurrunt, hic in ſenam producere. Illud autem ad complendam harum rerum hiſtoriam adjicere convenit, quod, quicunque ita, inprimis mature & affatim, *evomunt*, promtius etiam, & maxime *ſecurius*, ad priſtinam atque ſolidam ſanitatem revertantur. Ex adverſo vero, qui non *excernunt*, non niſi perita prorſus *arte*, ſine hac vero nequaquam *tempeſtive*, ſed *tarde* prorſus atque *languide*, ſanitatem ſuam recuperent. Quid quod frequentiſſima occurrant exempla, ubi poſt hujusmodi diæteticos craſſiores errores peſſime habentes ægri vero paroxyſmo febrili corripiuntur; ſed etiam *largiter* & quaſi *funditus ſtatim* evomunt, & eo ipſo ſtatim illa una ſimplici evacuatione defuncti nullam

(1) En ipſum, ut a Kerckringio in *Obſ. VI.* recenſetur, factum: *Quod autem crudam ſubſtantiam, ſive intus genitam ſive extrinſecus aſſumtam, diutius retinere poſſit ventriculus, notabili hiſtoria docuit fabri cujusdam filius, qui anno M. DC. LXVI. menſe Octobri triginta circiter uvas integras, non manſas aut fractas, devoraverat: ex quibus tribus conſequentibus menſibus nullum ſenſit incommodum: poſtea in tam frequentes & graves incidit lipothymias, ut ſæpius videretur redditurus animam, non niſi leni interim vexatus, ſed perpetua, febricula. Advocatus ego leni cathartico & confortativo, roborata ſimul & irritata expultrice potentia, ejecit decem ex uvis jam dictis adhuc pellicula ſua veſtitas & ſucco plenas; quo levatus onere puer convaluit.*

lam ulteriorem Febrim experiuntur. Illud autem apprime notandum est, quod non tam sola per *vomitum* evacuatio, quam etiam per *alvi fluxum*, Tertiana Febre correptis evenire soleat. Et quidem, quod apprime notandum, utrumlibet *sub paroxysmo*, non æque alias aut quolibet die indifferenter. Porro *alvi fluxus* in *Tertianis* eveniunt non tam *promiscue* quibuslibet subjectis, sed specialiter vel 1) *ætate* provectioribus vel 2) quibus ante formalem Febris exortum valde diu jam adhæsit *coacervatio* saburræ talis inprimis viis *mucescentis*, & per longius tempus veluti *semicocta*; 3) vel sub etiam reliqua Febre, deficiente debito *vegetiore* excretionis genere, per ipsam moram ita ex parte veluti concoqui contingit. 4) vel denique qui alias etiam magis peculiariter ad spontaneas *diarrhœas* assueti sunt. Quamvis enim illis, qui vel ad *spontaneas* diarrhœas vel ad promtos *vomitus* assueti sunt, in universum minus facile ad *Febres Tertianas* usque durent occasiones depravatæ concoctionis, sed communius præsentiore repentino impetu sive *vomitus* sive *diarrhœa* citra laboriosas illas tentationes absolvantur, fit tamen non ita raro etiam in ejusmodi dispositionibus *collectio* tandem ad Febrem hujusmodi exiens, inprimis quando vel 1) *leniter atque sensim* facta est materiæ collectio; vel 2) non magis simul & semel, quam etiam cito nimium, *lentescentis*, & nudo motui simplici sine aliquo apparatu *præparatorio* inidoneæ; vel 3) præcessit insignis aliqua *virium* defatigatio; vel denique 4) *toni ventriculi* seorsim peculiaris velut enervatio; imo 5) inter monstra Empiriarum modernarum molienti etiam & *salubriter nauseanti* ventriculo alibi *adstringentia* alibi *opiata* præpostere objecta. Est autem horum generum proventus Febris Tertianæ successivus atque lentior inprimis familiaris *summo Vere*, quando a refrigeratione hyberna incautius admissa, adeoque ipsam primam coctionem non magis quam distributionem & evacuationes turbante, sensim collecta saburra, cooriente tandem fortiore aliquo simultaneo stimulo, ad ejusmodi *molimina Februa* impellit. Utræque vere hujusmodi tam per vomitum quam per alvum excretiones incidunt communiter in tempus *paroxysmi frigoris*; & familiarissime quidem jam *senescentis*, & mox in æstum transituri. Inprimis quando reliqua Patientis continentia ita conspirat, ut neque spontanea *jectigatione* nimia neque *imaginaria* etiam auctiore nausea *frequentiores* conatus vomendi irritet. Interim, quod etiam jam indigitatum est, plurimum inter-

est inter nudas harum excretionum *commotiones* atque conatus vacuos & actuales sufficientes *evacuationes* in effectus deductas. Versatur autem differentiæ nervus in eo, quod *commotiones* nudæ toti Febri nihil detrahant, imo laboriosiorem potius illam, quin *pertinaciorem*, efficiant, & omnibus modis non solum nullum commodum, sed verum potius damnum, inferant. Quando paroxysmus *frigoris* plane nullas *excretiones*, aut eorum evidentiora *molimina*, secum fert, tunc subest fere una aut plures sequentium circumstantiarum: 1) Patiens observabitur temperamenti atque indolis magis *segnis* & *languidæ*; aut 2) etiam alioquin ad hujusmodi excretiones, inprimis *vomitum*, non assuetus; aut 3) morbus certius trahetur in longum, (nisi videlicet arte debita sublevetur) aut 4) Febris manifesto *laboriosior*, paroxysmus *vehementior*, *longior*, & a simplici legitimo *typo* alienior, erit; *anxietatibus* etiam tam præcordiorum quam ipsius mentis importunior, imo ad quaslibet *anomalias* magis promtus, imo præceps. Quando vero etiam *perversa medicatio* concurrit, *lentæ* Febres, (imo aliquando *acutæ*) *tabidæ* & *hecticæ*, in humidioribus *hydropes*, in procinctu. *Remittenti* frigori non statim & *immediate* æstus succedit; Sed *languor* solum quidam, cum molesto veluti *contusionis* sensu per totum corpus, inprimis autem *artus*. Unde Germanis nostris solennis est expressio: Es sey ihnen als wann alles an ihnen zerschlagen wäre. Quamvis quidem illi, quibus *nausea* diutius durat, hoc incommodum minus exquisite sentiant, propter reliquam internam ab illa adhuc nausea perturbationem & aliqualem anxietatem. Illud autem oblivisci minime convenit, quod *horror* vehementius & importunius *contremiscens* familiarior sit *Vomendi* conatui, aut ad minimum materia huic debita magis affectis; simul etiam *rigor* spassicus pertinacior: illis autem, quibus magis ad *alvi fluxum* tendit excernendi conatus, *rigor* major *horror* minor. Utrisque *frigus intensum*; *Vomibundis* tamen *vagum* & veluti levibus phlogosibus emicantibus interpolatum, inprimis sub anxietate *conatuum* vomitoriorum: constantius autem & æqualius *frigus κάτω* inclinantibus. *Parvum* & *breve* frigus sine ullis, aut certe insignibus, *excretoriis* commotionibus illegitimum, & *acuto* typo, ad minimum composito, propinquum indicat morbum: si nempe *vehementiorem*, *repentinum* inprimis & *longum*, (quamvis hæc fere nunquam sibi invicem desint) *æstum* post se trahat. *Brevis* enim & *levis* æstus, cum *parvo* & *brevissimo* frigore

præ-

prægreſſo, vix unquam evenit niſi *ſeneſcente* jam, & *legitima* quidem, Tertiana. Totus paroxyſmus Tertianæ legitimæ vix infra *ſex* ad minimum, familiarius *octo*, horas durat: vehementior vulgo *duodecim* horis circumſcribitur. Qui has excedit, pro *notho* ſeu anomalo habetur. *Frigus* rarius ultra, neque tamen multum citra, *hora* ſpatium durat. Reliquum tempus poſt parvam illam intercedentem morulam medii habitus *æſtus* occupat. Et hic quidem fere *æqualiter* fervidus per dictum illud plurimum horarum ſpatium. Quo præterlapſo intepeſcit ſenſibiliter. Sub *æſtu* hoc valde conſpicuæ ſunt ſequentes circumſtantiæ: Ante omnia evaneſcit aſpectus ille patientis ſub frigore *macilentus*, ſimulque *pallor* atque *vaſorum* deliteſcentia, imo redit Patiens non ſolum ad reliquum *turgidulum* faciei & univerſi corporis æque ac *vaſorum* ſanguiferorum habitum; ſed, increbeſcente pedetentim æſtu, etiam præter ſolitum *turget* habitus corporis, inprimis *facies*, quæ etiam ita communiter *rubet*, uti ab igneo calore exterius diutius illam feriente fieri ſolet. Quo *minus* hoc fit, ut, inquam, præter ſolitum in ſtatu cujuslibet Patientis vegeto concalefacti modum color & turgiditas faciei ſub Febris *notabili æſtu* nihil augeſcat, eo pejus habet Patiens, & Paroxyſmi, imo Febris ipſius, indoles alienior eſt, & merito ſuſpectior. *Dolor capitis, ſitis, inquietudo* tum anxia circa *præcordia* tum impatiens per ambitum corporis, & inprimis artus, concurrunt: unde patientes tales tum toto corpore, tum inprimis artubus, non diu eundem ſitum ſervare volunt; quandoquidem inde *gravativum* quoddam *fatigationis* genus (antiqui *oſteocopon* vocant) ſentientes motu membri ad alium poſitum iſtius relaxationem tantiſper percipiunt. Manet in ejusmodi ſtatu Patiens per plures horas; *æſtu* inquam intenſo & inquieto peſſime affectus, *capite* valde dolens, *ſiti* vehemente affectus. Interim quantuscunque ſit *æſtus*, *ſiccus* eſt corporis ambitus, nec ullum *ſudoris* veſtigium. Adeo etiam, ut nequidem *medicamentis* ſudoriferis neque *regimine* ad ſudandum diſpoſito ullus mador eliciatur: ſed potius nihil niſi *anxietates, mentis* perturbationes, *doloris* capitis incrementa, *æſtus* intolerabilis exceſſus, *inquietudo* & *impatientia* enormis, præſentiſſime inde pullulent. Quando vero hæc incommoda jam per multas horas, *ſex*, *octo*, *decem*, ita propemodum *æquali tenore* durarunt, fit Patiens ſenſim manſuetior atque *tranquillior*, & remittit de querelis ſuis tam *æſtus*, *cephalalgiæ*, quam *ſitis*, imo univerſa-

verſarum prægreſſarum moleſtiarum. Imo fit ita magis magisque tranquillior, & *calor* etiam ad tactum intepeſcit. (Metiuntur vulgò paroxyſmum Tertianarium ad ſummum *duodecim* horis; harum periodum ſi diutius transſcendat, pro *ſpuria* habent; id eſt, vero practico ſenſu, *compoſita,* ad *continuum* genium accedente. Illud etiam certum eſt, quod tamdiu perdurantes paroxyſmi, vehemente *aſtu* & *pauco* inprimis *frigore* conſpicui, Febrem denotent ad *acutam continuam* indolem proclivem:) Interim maxime digna notatu eſt hæc circumſtantia, quod ii patientes *Tertianarii*, qui *Plethora* notabili affecti ſunt, & *impetum* majorem & *durationem* longiorem *aſtus* omni modo experiantur; *Dolores* etiam & *perturbationes* capitis majores certius incurrant. Neque hoc ſolum, ſed etiam *anguſtias præcordiorum* exquiſitiores, *inquietudinem* majorem, imo ipſorum *excernendi* conatuum *tergiverſantem* veluti inertiam, & ipſarum *excretionum* difficiliores *exitus*. Imo vero, quo *major* adeſt ſanguinis *abundantia*, eo magis propendet veluti talis Febris ad *acutos, inflammatorios, continuos, hecticos* typos; quos ſæpe malum patientis *regimen*, aſt ſæpius hodie imperita *Empiria*, temere introducunt. Sub hac demum ſymptomatum reliquorum, inprimis autem *aſtus*, *remiſſione* maxime ſenſibili emergit *ſudor ſpontaneus*, ſi Patiens per initia paroxyſmi per *vomitum* aut *alvum* exoneratus ſit; ſub æſtu etiam *ſitim*, modeſta tamen bibendi licentia, reſtrinxerit, & hoc ipſo maxime tempore æſtus depreſcentis quietiorem ſeſe gerat. Sin minus *primo* ſtatim paroxyſmorum prægreſſa, *aſtu* etiam fervidiore, & *potu* præter modum paulo aſſumto, ſequi tamen ſolet ſequentibus paroxyſmis: Quanto tardius, eo moleſtiores ſunt ipſi paroxyſmi omnibus conſuetis ſymptomatibus, *duratione,* imo etiam diuturno, & modo non conſtante, *languore* poſt paroxyſmos; quin intermediis etiam diebus. Ex adverſo, quo magis *ſudores* hi *promte* & *ſponte* ſuccedunt, eo *breviores* & in univerſum fere *mitiores* fiunt paroxyſmi ſubſequentes; & ſuccedit mox ipſi paroxyſmo finito, tanto magis autem ſequente die, præſentior & omni modo manifeſtior *euphoria*. Interim immodeſtior *concitatio* ſudorum nihilominus incommoda affert. Quando in ipſo *aſtu* paroxyſmi intempeſtive atque præpoſtere tentata effectum ſortitur, non ſolum nihil ſublevat Patientem, ſed ſenſibiliſſime *debilitat:* obnoxium etiam reddit quaſi *perpetuis ſudationibus*, quæ *tabidam* etiam maciem & ſummum *virium* defectum introducunt, *ſimplicem*

Tertia-

Tertianam in *compositam, lentam*, imo, si modicus error circa cohibitionem sudoris tandem necessariam visam committatur, (ne dum per *imperitam empiriam corticis Jesuitici* temere suppressam ipsam Febrem) in *hecticam* transformant. Quando hi *sudores* etiam cum debita moderatione & nihil coacti *serius* demum paroxysmis succedunt, nulla evacuatione primarum viarum potitis, tunc *æstuum* quidem impetum per sequentes paroxysmos mitigant, nihil autem impediunt quo minus paroxysmi *revertantur*, & æquali communiter duratione jugiter continuent. Quando vero etiam *excretiones* supra dictæ commode obtigerunt; *sudores* autem hi sub finem paroxysmi a Patientibus negliguntur refrigerando, aut prorsus e lectis simul surgendo: trahunt post se certiorem futuri paroxysmi non solum *reditum*, sed etiam *æstus* & impetum durationem. Imo, si aliquot deinceps paroxysmis pariter neglectim habitis deficiat *sudor*, trahitur tanto facilius tota Febris in longum, & tandem velut in *habitum*. In *Plethoricis* etiam non deest periculum succedentis tandem *lentæ*, imo per pessimam *Empiriam* temere *cohibitis* hujusmodi Febribus *Hecticæ*; sicut etiamsi in tali constitutione, *vehementiore* inprimis atque *longo* æstu, nimis intempestive, mox tertio quarto paroxysmo, supprimentia talia opponantur, obtingit satis familiariter periculum *acuti* typi, imo *inflammationis* internæ. Quando etiam reliqua quidem Febris, licet *tardius* & *pluribus* demum paroxysmis, tandem fatiscit, *sudores* autem ita temere *suppressi* fuerunt, eveniunt posthac familiariter & *præcipites* & *copiosi spontanei* sudores; communius quidem saltim *sub somno*: sæpe tamen etiam per totas dies, aut ad minimum quoties aliquid vel *edit* Patiens vel *bibit*, ante omnia tamen quoties *calidum* quidquam assumit. *Fatigant* communiter hæc sudorum incommoda ipsos patientes enormiter, imo exhauriunt *viribus*. Et sicuti illi, qui diu noctuque jugiter patientes obsident, ordinarie cum *lenta* adhuc *Febricula* connexi sunt: ita si illis etiam tandem subvenire necessarium videatur, & hoc immodestius per *adstringentia* aut protritum illud jam in ipsis triviis artificium (*artis vitium*) *corticis Jesuitici* perpetretur, prompte subeunt *lentæ Febres, Hecticæ, Phthises, hydropes*. Febris *Tertiana* quam maxime *legitime* succedens non est affectus prorsus *evanidus*; sed *durat* fere per *aliquot* paroxysmos, inprimis nulla stricte dicta *arte* adjuta, sed *tota sibi relicta*, recte tamen observata & administrata ejus indole, ubi raro ante *quartum*, frequen-

frequentius tamen ante *ſeptimum*, paroxyſmum in ſolidum ceſſat. In noſtris autem climatibus minime obſervatur ulla vel affectatio *ſeptimæ periodi*, vel *ſeptimi* paroxyſmi ſeorſim ſpecialior efficacia ad univerſum affectum quaſi *critice* terminandum. Imo, ſicuti *ſeptimus* paroxyſmus etiam in *tempus criticum* non incidit, ſed in *decimum tertium* diem; ita, ſi quod jus *criticum* affectare poſſet paroxyſmus, *quartus* potius hoc aſſequi deberet, utpote non ſolum in *diem ſeptimum*, ſed *horas* etiam *criticas*, expectandus: Revera tamen nihil horum, etiam curioſa obſervatione, præcipue *conſtanter*, deprehendere licet. Illud potius confirmat Experientia, quod qualitercunque tandem definentes Febres hujusmodi, inprimis autem *languidius* aut contra *premature* (illud *ſponte*, hoc *arte)* emanere apparentes, communiter adhuc aliquot ſuccedentibus *alternis* diebus aliquas paroxyſmi, quantumcunque etiam leves, notas adhuc exhibeant: *languorem*, aut ad minimum *inertiam* aliquam, *ſegnitiem*, *faſtidium* qualecunque, capitis *gravitatem*, *ſomnolentiam*, *appetitum* minus vegetum, aut ad minimum non indifferentem ſed *malacia* quadam eclecticum: Sæpe etiam accuratiore obſervatione ſentiuntur *apex naſi*, infimæ *auriculæ*, extremi *digiti*, leviter iis horis frigeſcere;

XLVII. Digitorum Auricularium Paroxyſmi die in Febricitante refrigeratio.

Ita cuidam Parocho uno & altero paroxyſmi ſymbolico die digitus ſolum auricularis in utraque manu ſenſibiliter refrixit.

Illud inſuper quam maxime notatu dignum eſt, quod Febris Tertiana nunquam meliore fide ceſſet & ſinceram ſanitatem poſt ſe trahat, quam ubi *ſenſim decreſcente* paroxyſmorum & *impetu* & *duratione* ita gradibus veluti quibusdam atque paſſibus peculiaribus decedit. In vulgus usque notum eſt, quod Febres Tertianæ *recte* ſuccedentes atque recte decedentes *ſanitatem* non ſolum *integram*, ſed velut ad ſenſum *firmiorem*, *alacriorem* atque *robuſtiorem*, poſt ſe trahat. Unde plebs: Man werde nach dem Kalten recht geſund. Sæpenumero vero exerit ſeſe quaſi peculiariter *appetitus* inſigne incrementum. Neque hoc ſolum, ſed etiam corporis reliqui veluti viſibilis *Evexia* & augmentum. Sicut etiam illa ipſi adeo plebi ſatis nota eſt Febris Tertianæ legitimæ innocentia, ut hac ipſa neminem mori pro

certo

certo habeant; imo etiam vel *ſine medicamentorum* concurſu ſubinde ſuperari equidem etiam exemplis, ſed propemodum magis traditione quadam, pro comperto habeant. Hæc quidem hactenus de *Tertiana ſimplici atque legitima* omnino valent atque vera ſunt: Interim etiam illud adjicere fuerit integrum, quod aliis etiam Febribus concurrens ſegnior quædam ſaburra ad *inteſtina* congeſta *Tertianarii* typi velut *complicationem* haud raro afferat. Neque vero illud etiam præterire eſt integrum, quod Febris Tertiana craſſiore quodam modo converſationis atque *contactus*, ut *in eodem lecto* dormiendi, ex *iisdem vaſis* bibendi, iisdem *cochlearibus* utendi, aliquando veluti *contagioſa* appareat: inprimis autem tanto certius, quando diætæ notabiles aberrationes *prædiſpoſita* exhibent corpora. Sicut autem jam ſupra non ſolum memoravimus, ſed velut anticipando quadantenus cauſam allegavimus, quamobrem id fiat, ut Tertiana *Verno* tempori familiarior ſit; ita monſtrat experientia, quod etiam aliæ, inprimis *Epidemicæ*, Febres paulo lentioris indolis *verno* tempore admodum familiariter *Tertianarium typum* ſimul adſciſcant, & reliquis ſuis moribus ſuperaddant: quamvis haud raro non ſine peculiari nota majoris *periculi*, tum proprio illarum *typo* tum intimioribus *partibus corporis* hinc ingruentis. Ultimo loco de hac etiam Febre obſervari meretur, quod illa per longam moram, diu videlicet negligentius habita, tandem ita in *conſuetudinem* abire videatur, ut, conſumta etiam vera, & inprimis quidem proportionata vera, *materia*, *motus* nihilominus Febrilis curſum ſuum conſtanter ſervet, ut *alternis* illis diebus revertatur; Neque illud quidem *diſſimulando* aut fugitive, ſed omnino vegete atque ſatis fortiter; *brevioribus* tamen communiter paroxyſmis. Quando tamen nimis audacter circa res non naturales exorbitant Patientes tales, proximus ab eo errore *paroxyſmus* importunior eſſe obſervatur. *Intermediis* interim diebus, imo usque ad ipſam horam paroxyſmi, & poſt unam forte horam ab ejus fine, & animo & corpore actionum vitalium *acerrimam* etiam energiam poſſident & exercent. Frequens tamen in tali conſtitutione eſt peculiaris *edacitas*, unde etiam Plebi ſpecialiter Freß-Fieber appellari audias, atque de *diuturnitate* quaſi certo præſagio ſuſpectas eſſe. Ita quidem ſeſe habet vera atque genuina Hiſtoria *Febris Tertianæ legitimæ*, atque circumſtantiarum ipſi non magis fami-

liarium, quam veluti *essentialiter* & *specie* quidem infallibiliter, *gradu* solum differente, solennium. (1)

XLVIII. Febris Tertiana sola abstinentia curata.

Colleg. Casual. Msct. Cas. de Feb. Quartan;

Nondum elapsi sunt 14. dies, ubi in consilium vocatus circa affectum adolescentis tenerioris indolis & corporis, qui alias copiosioribus narium hæmorrhagiis adsueverat, quæ vero a pluribus Mensibus jam emanserant: Correptus scilicet erat matutino tempore frigore satis modico, cui successerat æstus anxius, inquietus, cum angustia & oppressione præcordiorum; calebat etiam valde: Jacebat in tali calore ad 12 forte horas, sub finem harum penitus ad tranquillitatem redibat, nullo incommodo amplius residuo, nisi lassitudine aliqua; dormiebat etiam primo inquietus, tandem secure; altero die melius se habebat. Prædicebam quidem spem bonam, sed prohibebam ne Aëri sese committeret, neque cibis nimium indulgere parentes paterentur, quia præcedente die nihil ederat. Fiebant hæc, & videbatur ille rectissime sese habere; ex postulato tamen meo ipse anxius pater ad me vesperi adhuc illo accedebat, qui non leviter timidus erat, quod nolim consentire quod extra periculum non dum esset; quærebat itaque denuo quid sentirem? Ubi *Tertianam* esse indicabam, & simul indigitabam, me nolle adhuc dum medicamenta dare, sed adolescentem sibi & Naturæ relinquendum esse, donec altero die propter satis vehementem paroxysmum iterum rediret; senescente æstu usurpabat patiens præscriptam *Essentiam*, & Paroxysmus septima hora finiebatur, adolescente tantum modo lasso manente, interim ipsa illa vespera adhuc aliquid ciborum assumebat & bene ferebat; altero die iterum melius se habuit; *Tertio* fere nullum frigus redibat, calor tamen magnus sex horas continuans; in sequente nocte ac die quieta atque tranquilla. *Quartus*

(1) Pluribus *Historiam* Febris Tertianæ lecturus adeat Ill. nostri D. Autoris *Diss. de Æstu Mar. Microcosm; Th. VIII: p. 38. Problemat. Pract. Febb. Pathol. & Therap; p. 17. Obss. Chym-Phys-Med Cur; Mens. Novembr. Cap. IX. p.* 474. & denique instar omnium *Diss.* hanc nostram *de Tertian. Febr;*

tus paroxyſmus adeò debilis, ut parum moleſtiæ ipſi inferret. *Quintus* poterat dici emanſiſſe, præter ſomnolentiam & inertiam: Poſthac Febris non rediit. Sane verò commotione nulla opus erat, & merito verſus alterum paroxyſmum nequidem opponere quidpiam, ſed relinquebam ſibi paroxyſmum, viſurus quomodo ceſſurus eſſet. Adeoque in Tertiana nullum periculum in mora eſt, & revera ſine Medico & ejus ope ſemper ſalutariter cedit, niſi forte per accidens officioſus Medicus humores exagitet, & ultra modulum Naturæ commoveat, aut aliæ occaſiones ab extra concurrant. Tanto magis verò, ſi genius morbi nondum recte cognitus eſt, ſine commotione aliqua incedendum, ubi revera nulla alia methodus locum habet, niſi lenis, placida & circumſpecta; Sicuti etiam alias omnes Febres in univerſum non rectius curantur, niſi placide & ſucceſſive ad Tempus & Modum agendi reſpiciendo.

XLIX. Febris Tertiana, variis Corticis Peruviani formulis fruſtra aggreſſa, Conjugio tandem curata.

Virginem *Tertiana* affectam ſcio uſurpaviſſe primo per 8. à 10. dies *Corticis* Peruviani *pulverem*, Drachmæ pondere in ſingulas doſes, idque bis per diem. Cum ab hoc febris emaneret, intemperans puella de lacte ebutyrato edens incurrebat denuò febrem priſtino typo: repetebatur itaque pulvis, ſed ſine fructu, puella febrem retinente: parabatur *infuſum* ex eodem cortice, fruſtrà: Cum hæc è Medici præſcripto uſurpata nihil efficerent, tandem etiam Pharmacopæus ſuadebat *Eſſentiam*, ſed remixtam cum Eſſentia *Abſinthii compoſita*, *Hypericum* etiam recipiente. Ita tandem, ſed longo uſu, ceſſabat, ſenſim ſenſimque decreſcendo, (quod ab hoc remedio alias non fit) febris: ſed puellæ *intumeſcebant pedes & menſes ceſſabant.* Uſurpabatur quidem *Spiritus Salis armoniaci* cum *Eſſentia caſtorei*, (neſcias quare) aromatica & balſamica (ex Aloe, Myrrha & Croco,) ſed menſes emanebant: quoad denique in conjugium datæ iterum plenior ſanitas rediret.

Diff. de Multitud. Remed. abuſ. XLI. p. 36.

L. *Tertianarius terrore restitutus.*

Diss. de Passion. Anim; Th xxiv. p. 10.

METus ac Terror interdum ægroto levamen afferre in quibusdam casibus possunt; sic scio aliquando Tertianam curatam fuisse: *Juvenis noster quidam laborans Tertianâ ex una in aliam civitatem, ad mutandum aërem, pedibus tendens, & milites e longinquo observans perterritus, ab illis sibi metuens, febrim exinde non amplius sensit.* (1)

LI. *Tertianarii alius Halecis, alius Cretæ, esu restituti.*

Diss. de Sensu Natur. circa Curat. incongr; Cap. I. §. VIII. p. 8.

QUidam febri Tertiana laborans *halecem* appetebat, illoque comesto convaluit: Sal enim marinum, quod halecibus inest, ipsi digestivi loco inservire potuit. Alius ægrotas *cretam* desideravit, quæ absorbendi facultate prædita est.

LII. *Febris Tertiana e Mensibus suppressis orta aliquoties Recidivans tandem curata.*

Diss. de Mens. insol. viis, Cap. V. p. 30.

FŒmina admodum plethorica, cum Viro nupsisset vehementer prodigo, a quo insuper pessime habebatur, tandem in inopiam &, quod ajunt, ad incitas propemodum redacta multis curis defatigabatur, & profundam suam sollicitudinem largis lachrymis subinde testabatur. In hac animi prostratione incurrebat aliqua corporis etiam damna & valetudinis periclitationes, quæ propemodum initium sumebant a *mensium imminutione*, quæ tamen mature in *suppressionem* plenariam transibat. Cum tamen non eo usque prævalesceret reliqua valetudinis vacillatio, ut a familiaribus domesticis negotiis patientem arcere posset: factum inde est, ut per initia rem negligeret, sensim autem, cum nihil gravius denuo subsequeretur, ita velut ad-

(1) Sui ipsius exemplum citat Ill. Dn. Autor in *Obss. Chym- Med. Curs Mens. Novembr; Cap. VI. p.* 465, sequentibus verbis: „ Vel etiam ab„ objecto *anxio* & sollicito *negotio* morali, super quo Febris suæ„ etiam in externa *memoria* obliviscantur. Cujus quidem rei„ exempla ut aliunde non pauca aut sigillaria memini, ita in *pro-*„ *prio* meo corpore ante hos 17. annos id ipsum expertus sum.„

adsuesceret, ut per totos septem annos fluxum hunc non amplius sentiret. Imo obliviscebatur ejusdem tanto facilius, cum intra horum annorum decursum bis gravida facta infantes enixa, iisque lactandis ipsamet occupata, fuisset: Sicut etiam infantes optime constituti vixerunt. Tandem vero incidebat in *febriles* commotiones, quæ primo quidem quotidianis paroxysmis, iisque satis vehementibus, per totam æstatem exercebant ægram: Tandem *China china* usu compescebantur. At verò non ita longo tempore post denuo erumpens febris *tertianum* typum exhibuit. Cum res per usum *China China* priore morbo pulchre cessisse videretur, iterum adhibita est, & quidem, quantum ad febrem attinet, cum optato successu; quandoquidem paroxysmi, quin tota manifesta febrilis commotio, mox cessaverunt. Subsecuta vero ab illo tempore est longe manifestior valetudinis labesfactatio; quandoquidem & alias cum sanitate in gratiam minime rediisse videbatur, & post valde parvum tempus longe majore impetu quam nuper ipsa quoque *Tertiana* denuo cooriebatur. Adhibitus in consilium ad effectum ita constitutum exhibui aliquot doses ex *Sale absynthii*, *Antimonio diaphoretico*, & *Terra sigillata Strigoniensi*: Cujus pulveris tertia statim dosis febrim profligavit, ut nullus paroxysmus redierit. Interim altero statim die emicabat dolor velut urens & ardens, imo terebrans, in artubus inferioribus. Imo reddebantur pedes adeo infirmi, ut lectum petere cogeretur, in quo tamen non solum hæc omnia continuabant; sed percipiebat patiens dolorem hunc etiam *sursum* tendere & molestissime illas regiones occupare. Cum vero per diem & noctem graves hasce *Sanguinis* restrictiones atque *congestiones* tolerasset, summo mane *sanguinem* valde spissum, sed etiam satis paucum, *per nares* excrevit: Ingruente vero vespera *urinam* valde *cruentam* emisit. Ab hoc tempore indies melius habere cœpit, imo, suppeditatis ulterius temperantibus remediis, sub divina gratia ad plenam orthostadiam reversa est. Ex quo ipso etiam specimine deprehendere licuit, quot moliminibus Natura sanguine sese exonerare intendat, & quomodo assecuta quadantenus hanc suam intentionem tunc demum meliore fide requiescat.

LIII. *Febris intermittens Tertiana in Illustri Persona incongrua tractata lethalis.*

Obss. Chym-Phys-Med. Cur; Mens. Nov. Cap. I. p. 236. 440.

ACcidit haud ita pridem, ut *Facultas* nostra consuleretur de *signis* quibusdam in *morbo*, & postea *cadavere*, *Illustris* alicujus defuncti observatis: Annon videlicet *veneni* aliqua suspicio, aut alterius cujusdum *artificii* a *veneficio* non adeo distantis, subesse videatur? Decubuerat defunctus *Febre Tertiana*, a qua cum ita prompte, ut fert fere hominum libido, funditus liberari non potuisset, *Chinachina*, & similibus forte remediis, aliquantisper sublevatus *recidivam* mox passus est. Fatigavit & hæc aliquamdiu Ægrum, tandem usu medicaminum suppressa quidem est, sed non in *Euphoriam* aut sanitatem traducta, verum paulatim ad *mortem* ipsam transgressa. *Symptomata,* quibus excitatus æger in *morte* sola quietem reperiit, fuerunt 1. *manifesta*, frequentissima, gravissima anxietas, non circa objectum aliquod *speculativum*, sed *irrationalis* & involuntaria, circa *nullum certum* objectum. 2. *Tacita* Functionum omnium *vitalium* fatiscentia, ab *appetitus* prostratione, *somni* turbatione & sensim *sublatione*, *virium* dejectione indies increbescente ad *tabidam* usque & *becticam* consumtionem, quæ den que repentina extinctione in mortem exiit. Aperto *cadavere*, *ventriculus* hinc inde velut *arrosus*, *mollis*, *flaccidus*, præcipue vero valde *tenuis*, *liquamen* etiam lentum continens, repertus. Non diffiteor, vix legeram Speciem facti, quin e vestigio famosi *Anchiatri* (1) artificium subesse suspicarer; Quod ipsum cum Domino meo *Collega* aperirem, in mentem veniebat eidem, quod jam ante aliquot annos fraudem hujus Artificis in propinando contra *Febrim veneno* non modo animadverterit, sed & Patientibus revera horribile hoc Secretum, & quid pro remedio assumendum accipiant, detexerit. Cum vero liquido nobis non constaret, quod Artifex hic Medicamentum suum hic exhibuerit, non potuimus suspicioni inniti, sed, cum aliæ quoque circumstantiæ concurrerent, mitioris etiam sententiæ probabilitatem ferentes, secuti hanc fuimus; Licet alius haud parvi nominis Vir *Veneni* exhibiti suspicionem opinione sua fove-

(1) De quo nempe tum superius Histor; XLII. p. 116. tum inferius Histor; LV. p. 143. Sermo est.

foverit. Et profecto, si genium hujus hominis (qui in plerasque hujus nominis & viciniæ *Familias illustres clandestina* sua *consilia*, *molimina* & *medicamina*, ingerere notorie solitus est) intueor, non est, quod suspicionis meæ hodieque me pœniteat, licet illa neque quidquam probare, neque vel hic vel alibi personam ejus gravare, sed in *Veritatem* solum digitum & animum intendere, mei sit propositi. Si quis vero Ægro huic per certam personam, quam postliminio suspicio hujus rei maxime oneravit, medicamentum offerre & propinare sategit, ille unde petitum illud fuerit sciet sine dubio, licet, si fides famæ, non adeo forte jucunda ipsi hæc fuerit memoria.

LIV. Quartanarius Halecum Usu restitutus.

Circa appetitum partim *vagum* ejus vigorem habent Quartanarii, partim autem alias sæpius quidem *acutum* & *intensum* sentiunt, quinimo non ita rarò appetitum *fortem* habent, non tamen ad quælibet eduliorum genera, sed ad *duros*, *muria conditos*, *fumo induratos* cibos, & ita *conditas muriaticas carnes* (1): Sicut non rarò exempla prostant, ubi hac ratione Natura sibimet ipsa non solum voluit consulere, sed etiam bene ita consuluit, ut hujusmodi patientes bene & commode restituerentur. Imò contingit, tales ægros aliquando non aliter posse restitui, quam si peculiari illi appetitui, quo ad hujusmodi crassa edulia, Sauerkraut/ Schüncken, Heringe 2c. feruntur, satis fiat. Ita notum mihi exemplum, ubi *quidam Quartana febre aliquamdiu jam laborans ex assumtis tribus halecibus optime se restitutum confirmavit.*

Colleg. Casual. MSct. Cas. de Febr. Quartan;

LV. Febris Quartana Arsenico male curata.

Ante annos hos quinque, nimirum anno 1693, mittit ad me *Jena Vinariam* Amicus meus æstumatissimus, Medicus Practicus ibidem celebratissimus, *pulvillum rubellum*, cum inscriptione *Specificum Antifebrile*, gr. vj. Petit simul, ut cujus sit indolis hariolari suscipiam: Transmissam sibi hujus esse portionem aliquam, licet haud largam, a Juvene tunc temporis Medicinæ Practico cum encomiis efficaciæ ad *Febres intermittentes* amplissimis, adeo, ut pro verò *Specifico* in hoc genere

Obss. Hym. Phys-Med. Cur; Mens. Novbr; ap. I. p. 228. 434.

(1) Vide de perverso hoc & singulari Quartanariorum appetitu *Diss. de Adephag; Cap. II. p. 10.*

nere Morbi hoc venditare summo jure deceret. Erant materiæ, ut hodieque asservo, *grana sex* pondere: *Moles* ad hoc ipsum pondus satis exigua: *Sapor* nullus, multo minus *odor*. Non placebat in quantitate adeo exigua experimentum instituere, nisi quod *Spiritu Vini* infusum, si forte *resinosi* insipidi quid subesset, nihil hunc alteraverat: Quamvis revera ex ipsa *molis* exiguitate *Resinosum* quid suspicari jam ante dubitaverim. Peto itaque per epistolam, ut paulo plus hujus materiæ suppeditet pro commodiore tentamine; sed nihil sequitur nisi excusatio, quod, quicquid residuum habuisset, hactenus ipsemet experimentis consumserit, *medicis* nempe, ubi *efficaciam* illam celebratam satis præsentaneam deprehenderit. Sepono itaque hæc 6. grana, non modo modi exhibendi & circumstantiarum agendi ignarus, sed & incurius, utpote qui medicamentis, quorum nullam penitus reliquam *indolem* sciam, uti nunquam soleam, nisi alius ille, a quo proficiscuntur, spectatæ & notæ mihi fidei fuerit, & nihil subesse ad nocendum ancipitis satis caverit. Elabitur ita annus ille, cujus quidem *autumnô Quartanæ* Febres admodum erant frequentes. Unde quidam Nobilis, & honorificum tunc officium adeptus, *Diata* summe irregularis, *Quartana* tali correptus varias medicationes expertus, sed sub *Diata* solita omnia frustanea videns, famosum circa Febrium Intermittentium curam medicamentum a Medico quodam vendi solitum memorari audiens, mittit ad illum idque petit. Accipit *exiguas* aliquod schedulas seu capsulas chartaceas, modicum *albi pulvilli* continentes, & pixidem fictilem, quæ *libram* forte *dimidiam Electuarii* complectebatur, (1) e quo *China china* sapor omnibus aliis prævalebat. Ordinatum erat, ut singulos *pulvillos* versus Paroxysmos assumeret, de *Electuario* vero ante & post tempus *Paroxysmi* solitum, imo etiam intercedentibus diebus, ederet. Paret, liberatur. Sed cum *faciei* quidem *pallore* & *turgiditate*, *ventris* vero densitate diutissime perseverante, imo augescente. Tribuit hæc omnia prægressæ *diuturnitati Febris*, malæ sub eadem *Diata*, imo aliorum *medicamentorum* noxæ, quæ, cum *Febrem* vincere non potuerit, alias Corpore turbas dederit. Fiebant hæc omnia hyeme. *Vere* proxime sequente languere iterum, sed sub *ebriositate* quotidiana sensus & mentis parum compos negligere: Cum incipiente *æstate* itinera, quæ officii sui erant,

---

(1) Historiam hujus Electuarii lege in Casu proxime sequente.

erant, aggressus *tumere* incipit, idque per universum Corpus. Exercuit ille *tumor* Medicos doctos & peritos, *Francos Suevosque*, simulque crumenam quadantenus Patientis. Curatur multa opera & labore; nisi quod *fædum* aspectum non amitteret.

LVI. Electuarium Antifebrile Genevense.

CUm celebris ille horum remediorum propola, cum juvene *Principe* itinera Germanis adeo necessaria subire & sanitatem ejus curare jussus, sub hac expeditione *Genevam* attigisset, accidit ut Nobilis optimo genere, qui Juvenem illum Principem comitabatur, boni aliàs & Corporis habitus & animi admodum liberi & exporrecti, *Febre Tertiana* corriperetur. Bona fortuna tulerat, ut *Medicus* in comitatu præsto esset, sed mala credo, quod parum in ipso præsidii. Certe non modo a *Pharmacopæo* ejus loci curam quæsivit, sed obtinuit quoque, Patiens, & quidem præsentaneo admodum effectu, dum *secundo*, aut summum *tertio*, *Paroxysmo* non modo cessavit *Febris*, sed etiam nullus superfuit *languor*, præcipue vero ne *appetitus* quidem, quamvis hac parte raro laborasse illum, de quo sermo est, arbitrer. Miraculo proximum hoc videbatur insigni huic *Medico*, unde mox ad *Pharmacopœum* concursare, de *Arcano* hoc percontari, &, an forte *communicabile esset*, sollicitare. *Pharmacopœus*, qui facile cognosceret cujus toni (præter illud etiam, quod *Germani* in genere aliis Nationibus *muliebris curiositatis* nomine derisui sumus) seria fronte dissimulare artem & valde arcanus fieri, efficaciam vero & infallibilitatem vel Papali majorem remedio tribuere. Non fallebat hominem catum inventio: Noster magis exardescere, & omnibus modis in *secretum* hoc inhiare: Cum *preces* surdo narrarentur, *pretio* hominem tentare. Ad hoc quidem erant aures, sed plus adhuc judicii, ut Emtori, caro satis has merces vendituro, parvo pretio easdem concedere nollet: Poscit itaque ingens sane. Quodnam autem pretium videretur nimium homini *mirabili* futuro & per tantum artificium majorem quam pro mole *famam* molituro? Sed sive voluntas major erat *facultatibus*, sive dictum illum Nobilem a conscientia tanti secreti excludi nefas duceret, cujus periculo ingens hoc *arcanum* primo deprehensum erat, persuadet huic ut dimidium pretii numeret & scientiæ inæstimabilis particeps fiat. Numerat itaque *sexaginta Imperiales*,

Obs. Chym-Phys. Med-Cur; Mens. Nov. Cap. II. p. 239. 442.

triginta pro virili; tanti enim a se impetrari revelationem Pharmacopœus consenserat. Cum autem non modo sciam, curiosos fore haud paucos Lectores, quænam pretiosa hæc Ars fuerit; sed etiam quadantenus publici interesse censeam, ne tantum *Arcanum* in uno Monopolio tamdiu hærens gloria sua privetur, communicabo ego gratis inimitabile hoc Compositum, quod *Medicus Germanus* a *Pharmacopæo* tali pretio & didactro discere meruit;

Rec. Rob. Sambuci
Pulv. Chinechinæ ááUnc. ij.
Antim. Diaphoret.
Trochisc. aut pulv. Viper.
Flor. ✱ci áá℥ij.
Antihectic. Poterii, ℥j.
Sal volat. oleos. Unc. ß. M. f. Electuar (1).

Acceperam hanc descriptionem a Generosissimo Viro, qui eandem *Dresdæ* pro eximio arcano obtinuerat; Ubi nempe hactenus dictus distractionis hujus exercitor eandem pretio, ut jactabatur, vendiderat *illustri* Personæ: Hæc eandem alteri *communicaverat:* Hæc aliis: donec paucis septimanis ita evilesceret, ut vix ullus Nobilis in *Conventu Provinciali* ejus temporis adesset, cui non obtruderetur. Non dubitabam esse insigne hoc artificium, quod huc usque tantam famam venditori suo conciliaverat: Sed eram tamen adhuc animo incertus, utpote qui, nisi vere perspecta, ita facile credere non soleam. Ecce, supervenit supra dicta Nobilis ægritudo, ut *Quartana* correptus per aliquot septimanas illa teneretur: ibi tum hic posterior Nobilis, artificii hujus *Genevensis Compossessor*, quod non ita dudum aulæ illius accessio factus esset & jam hunc illum sibi devincire ere sua arbitraretur, profert pretiosum suum artificium, cum præfatione tamen totius *occasionis inveniendi* & *obtinendi*, in terminis realibus iisdem, prout historiam jam percensui. Adeoque eruperat non

(1) Hanc formulam, licet a longo tempore ab Ill. nostro Autore typis propalata sit, nihilominus *ante aliquot annos a magni alicujus Principis Archiatro Cizam misso caro pretio emtam fuisse* narrat *Cl. DD. Klaunig* in *Nosocom. Charit; Obs. XVIII. p. 79;* libro sane utilissimo ac elegantissimo, cujusve similes continuationes *a Cl. Domino Autore* mecum exoptabunt multi.

non modo ſplendidum hoc medicamentum, utpote quod jam ante factum erat, ſed maxime neceſſaria *confirmatio*, quod hæc deſcriptio & famigeratum illud hactenus divenditum *Electuarium* convertantur inter ſe ſimpliciter. Ex hac hiſtoria libet utique notare, quod quidem *cordatus* Vir & *probus* quilibet facile obſervaverit *ruſticam* illam fraudem, qua *compoſitio* hæc pro ſpeciali artificio venditata & vendita eſt, cum tamen totum negotium in *Chinachina* radicetur, & reliqua additamenta nihil niſi *Phantaſmata* ſint & nugæ meræ. Ubi quidem confiteor, minus indignationis meritum videri *Pharmacopœum*, qui Doctori *Medico Germano* tantas artes adeo anxiè anhelanti *bona fide* inventum ſuum tradiderit: Sed quid hic *doctus* ſane, ſi præcipue mulieribus credimus, qui tantam rem in illa utique forma neceſſario & unice efficacem credebat. Quamvis forte ex eo excuſandus videatur, quod nequaquam adeo exquiſitè præſcripto inhæſerit, utpote qui præcipue circa *Sal volatile oleoſum* cum univerſis forte ſuis adjutoribus, ſi vel optima fide illud adhibere ſemper voluiſſet, elaborationi huic impar fuiſſet, præcipue cum hoc *Electuarium* haud parva frequentia emeretur. Satis proinde judicavit, fidei ſaltem adminiſtratione, *ingredientia* etiam ipſius *Salis oleoſi* volatilis *interere*, unde quidem hoc ipſum ejus Electuarium innatans *Oleum Templinæ*, ut vocant, Kühnöl, exhibebat. Quantum verò damni ab intempeſtivo uſu *Chinachinæ* in Febribus oriatur, uti ex vera Febrium *Theoria* non poteſt non clariſſimum evadere; ita *Praxis* & *Experientia* abunde comprobat, ſi modo ſine præoccupatione animum huc applicare libuerit. Ubi mihi profecto, quotcunque occurrerunt, qui copioſo *Chinachinæ* uſu a Febribus liberati non peculiare plane huic rei quadrans vitæ genus geſſerunt, illi omnes *obſtructionibus alvi* inſueſcentibus, *morſibus* & *flatibus* hypochondriacis, *palpitationibus* Cordis & *anguſtiis*, cum largi *ſudoris* uſque eruptione, *melancholicis* animi *anxietatibus*, *puncturis* dextri hypochondrii aut *ſiniſtri* *flatariis*, faciei *rubedini* æſtuoſæ priores horum, *pallori* poſteriores, *atrophicæ* denique, imò *hecticæ*, conſumtioni obnoxii evaſerunt.

LVII. Pilularum VVildeganſianarum in Febribus intermittentibus efficacia.

Colleg. Caſual. MſS. Caſ. de Febr. Quart.

Circumfertur vulgo deſcriptio *M. P. Wildeganſii*, ſed communiter nihil aliud eſt quam *Opium crudum* a quisquiliis ſuis *leviter depuratum* ſive per *Vinum malvaticum*, ubi ſub fortiore Igne utique caſtratur Opium; ſive per *Acetum ſolutum & inſpiſſatum*, ſicuti vulgares deſcriptiones Opii illud communiter inculcant: Certum vero quidem eſt, etiam *veras Wildeganſii Pilulas* plurimum de Opio participare, ſed alio modo. Ante 18. annos accepi aliquando inſtituendæ probæ ergo aliquam doſin harum Pilularum, &, ubi Anodyna locum habent, efficaciam expertus ſum non illaudabilem: Et ab illo ipſo, a quo accepi, inductus ut alterius cujuspiam maſſam deſcriptionis *Pill: Wildeganſii* probarem, ſed plane non illum bonum, verum narcoticum & ſoporiferum, vertiginoſum, effectum edebat; ut hinc pateat, non ita facile cuilibet earum deſcriptioni fidem ſtatim adhibendam & ita promiſcue uſurpandas eſſe; nam plus mangonii hujus medicamenti venditione, quam non facile alterius, intercedit. *Veræ* Pilulæ Wildeganſii hunc ſemper effectum exſerebant velut infallibilem, ut, ſi in *Febribus intermittentibus, Tertianis* inprimis, imo & *Quartanis, conſumto impetu* & *præmiſſis Digeſtivis, Abſtergentibus* & *lenibus Laxationibus, pridie* ejus diei (ſeu priori die), quo novus Paroxyſmus exſpectatur, den Abend zuvor/ harum Pilularum *gr. iii. ad iv. ſub noctem* exhiberentur, altero die emaneret paroxyſmus, & quidem ſine omni Dyſphoria, niſi in melius mutatione, & patiens alacris atque vegetus & de nulla alia moleſtia aut alteratione quicquam ſentiens conſpiceretur. Memini harum Pilularum duabus doſibus aliquando 2. felices effectus obtinuiſſe, dum *femina* alicui in itinere comprehenſæ, nunc vero in caupona degenti & jam per 3. ſeptimanas cum Febre confliƈtanti, ego quoque in itinere conſtitutus ex gr. vi. 2. Doſes ſive Pilulas vi. dabam, cum præſcripto uſu ante noctem; illa meum conſilium ſecuta nocte præcedente 3. Pilulas aſſumebat, unde ſequenti die Paroxyſmus emanebat, illa autem ita bene ſe habebat, ut poſteriori novo intercalari die alteram doſin adjungere dubitaret, interim tamen reliquis diebus optime viveret. *Obtingebat* interim, ut, cum aliquis per aliquot ſeptimanas

Febri

Febri laborans ab illa visitaretur, hanc residuam unicam dosin ei cum singulari encomio exhiberet, quam etiam cum optimo effectu assumebat, ut, Febri sublata, patiens feliciter sibi restitutus esset. *Pauci* adhuc dies sunt, ubi parem efficaciam in vetula 14. diebus Febri intermittente laborante expertus sum ex 2. vel 3. gr. harum Pilularum: ubi tamen altero succedente die jam nimium sibi fidens, cum potui feculentæ cerevisiæ a coctione tepidæ indulgeret, dolores colicos incurrebat, quos tamen nuda *Essentia Alexipharmaca* discussi. *Genuinæ Pill. Wildegansii* huic Febri insuescenti tollendæ gr. ii. vel iii. satis bene conveniunt, & sunt alias *effectus anodyni* (1); & absque ullo dubio *basis* harum pilularum est *Opium*. Sicut etiam *Ludovici in Epistola quadam ad Schultzium*, autorem *Tract: Trigæ Cinnabarinorum*, non solum Opium ibi agnoscit, sed & aliqua circa hanc rem non contemnenda adjicit (2); & alibi, uti etiam in *Pharmacia* sua Edit. Lips. p. 441, licet tacite, imitari vult, dum jubet Opio non

 mul-

(1) Laudat has Pilulas ex eodem fundamento *Ill. Dn. Autor in Obss. Chym-Phys-Med-Cur; Mens. Novembr. Cap. IX. p.* $\frac{104}{410}$. & *Diss. de Feb. Tert. Cap. VI. p. 56.* Quarum igitur virtutem cuilibet tentare licebit, dummodo *genuinarum* copia fiat, quales quidem ab Amicissimo mihi Fautore, *D. Joh. Sam. Carl;* Archiatro Isenburg. & Stollberg, celeberrimo transmissæ laudabili sua efficacia natalium suorum satis legitimum præbent testimonium.

(2) *Membr. II. Cap. VI. Punct. II. p. 96.* cujus ipsissima verba, cum ad nostram rem faciant, nec forsan in omnium manibus hicce sit libellus, huc transscribam: „Idem sagacissimus Vir meminit cujusdam *Panaceæ* ☉*ris cinnabarinæ* in pilulari forma p. 118: Ita quoque, scribit, haud ita pridem Panaceam Solarem in pilulari forma accepimus, manifeste opiatam, & tantillo forsan Cinnabaris nativæ vel Mercurii per se fixati Antimonialisve Sulphuris, quæ exigua plane quantitate discernere non licebat, sociatam, effectu cum regiis Pharmacop. reg. pilulis coincidentem. Rogatus a me, cujusnam fuerit hæc Panacea, ita respondit: Diese Panacea war des Wildegans, eines Tuchmachers in Schlesien, seine 1664. aufgebrachte Pillen/ so ein guter Mann allhier vor das Zippern zu Leipzig gekaufft, und mir eine, weil sie ihm etwas theuer vorkommen, 16. vor ein Thaler, zuschickte. Im ersten Kosten schmeckte

multum correcto sociare aliquid *Coralliorum* aut *Sulphuris Antimonialis;* & jubet loco Pilularum Wildegansii eodem uti; sed ego nemini Autor fuerim hisce Ludovici Pilulis fidere easque usurpare; Denn der Geschmack weiset davon aus daß der meiste Theil davon Opium sey; und i. gr. Pil. gr. ß Opii in sich habe; da würde man schreckliche Dinge mit anrichten, weil es sehr kützlich ist damit umzugehen.

LVIII. Febrium intermittentium per Quinquinam suppressorum mala consectaria.

Diss. de Morbb. Consequ. IIX. p. 10.

Merito vero notamus affectum in hoc genere uti *communissimum* & per initia subinde *tolerabilem;* ut hinc etiam, nisi sortis suæ magis anxiis, parum solicitudinis objiciat: Quia tamen vel simpliciter *neglectus* vel ulterioribus minus commodis artificiis tractatus in omnia graviora, & tandem ipsos modo dictos eventus, proclivis est, meretur certe & indicari & cum cautione quoque observari. Consistit autem in eo, quod a Febribus *intermittentibus* minus opportune per *Quinquinam* liberati, licet per initia bono *appetitu* gaudeant, tamen neque hujus *constantes* successus experiantur, nec etiam impune

te man das Opium excessive, und in der Dissolution blieb einig röthlich Pülverlein zurück; weiter hab ich nicht nachfragen oder examiniren mögen, aus Verdruß daß solche active Medicamenta dergleichen Leuten unter Handen kähmen, oder, wie er im Aussatz gerühmet, Kaiserliche und Königliche Pohlnische Privilegia hätten. Das ist gewiß, weil viel Medici auch stante causa hin und wieder mit den Opiatis so blöde seyn, daß ein solcher Mann hernach viel (zumahl qui extra Professionem fit admirabilis) offt ausrichten kan. In Collegio Curiosorum wird derer auch gedacht. Das ist aber gleichwohl nachdencklich, daß in denen beygedruckten Testimoniis solche auch nicht allein in Gutta serena, sondern gleichfalls in Apoplexia, gut gethan. Nun hab ich die bekannte Tincturam anodynam einem vornehmen Grafen in Schwaben vor 9. oder mehr Jahren communiciret, zu einem gewissen Ende, und ist solche cum Euphoria etiam Apoplecticis unter seinen Unterthanen gereichet worden, eodem referente, me vero imposterum quasi deprecante. Edit. Lips; p. 80.

pune illi obſequi aut *indulgere* poſſint, niſi eximia incommoda jam *flatulentarum* jam *ſpaſticarum* tenſionum atque preſſionum experiri velint. Ubi inprimis circa *hypochondria*, aliis *dextrum* aliis *ſiniſtrum*, *tenſiones* tales non ſolum ad *anguſtiæ* peculiaris aut *preſſionis* confuſum quendam ſenſum, ſed ad *anxietates* usque, imo *anxios ſudores*, obtingunt: jam cum *rubore* faciei anxio & volatico, jam cum *pallore* ejusdem, aut *vagis* coloris mutationibus. *Aliquos ita affectos graviter vexant* concluſi *& male procedentes* Flatus; *Cujus rei aliquot exempla vidi ita importuni effectus, ut Patientes etiam in conſtantiores* melancholicas *animi anguſtias graviter propenderent, & neglectis alibi alibi incommode tractatis initiis in alterum, imo tertium, annum non ſolum maxime incommode, ſed etiam magis magisque, haberent: imo, licet commendata vitæ ratio agilior, imo itinera longinqua, cum idoneis medicamentis, non parum profuiſſent: non deſiterunt tamen impoſterum variæ hypochondriaco-hæmorrhoidariæ turbæ patientibus his negotium faceſſere: cum ante contractam Febrem optime ſani & alacres vixiſſent, illius autem Febris talis finis harum* Conſecutionum *non ſolum manifeſta initia, ſed etiam nihil interruptam continuitatem, produxiſſent.* Apud feminas e tali tum hujus decantati *Corticis* Febrifugi tum aliorum *Adſtringentium* ad parem finem abuſu, ubi reliqua neceſſaria ſubſidia debitum locum non inveniunt, ſed *deſes* vita, *potus* parcus, & ipſi adhuc alii *languores* ab ipſa Febre præſto ſunt, eveniunt tum ipſa hæc ante dicta mala tum inprimis *Menſium* perturbationes, *imminutiones, diſcraſiæ, ſuppreſſiones.* Qualibus rebus ſi *acriora* atque calidiora, vulgo dicta *pellentia*, opponuntur, augeſcunt & exaſperantur *ſpaſtici* affectus, obfirmantur *ſtipationes*, & incitantur *exundationes* & regurgitationes humorum ad alieniora loca. (1)

LIX.

(1) Non præter rem forſan fuerit, potisſimas e pluribus aliis Ill. noſtri Autoris ſedes, quibus de *Uſu & Abuſu Corticis Peruviani* agitur, ſimul hic annotare. Sunt autem hæ in *Obſſ. Chym-Phyſ-Med. Cur; Menſ. Nov. Cap. II. p.* $\frac{245}{437}$: *Diſſ. de Natur. Error. Med; Sect. VI. p.* 45: *de Novitat. Med. in gener. §. LIV. p.* 25. *ſeqq: de Feb. Tertian; Cap. III. p.* 27. 29. *& ſeqq: de Adſtringent. caut. uſ: LIV. p.* 29: *de Mot. Volunt. uſu Med; XXXIII. p.* 31: *de Multitud. Remed. Abuſ; Th. XLI. p.* 36: & denique de *Febb. Interm. Corrupt; Th.* XXIX. *p.* 24. *ſeqq.* Ut alia nunc taceam loca. Cæterum jungi his merentur novisſime monita Dn. D. *Hulder. Pelargi Obſervv. Clinicar, Ann. MDCCXXI, Menſ. April. p.* 65. *ſqq.*

LIX. *Pastorum in Febribus intermittentibus specifica.*

Colleg. Casual. Msct. Cas. de Febr. Tert;

Scio a multis annis, quomodo pastor quidam longa sua Experientia curare solitus sit *Febres Tertianas & Quartanas* Medicamento *calcareo,* in modum Calcis vivæ, ad ℥i. dato, (1), subinde cum bono effectu: Imo aliquando etiam *Icterum nigrum* sustulit, quod partim *absorbendo* partim *incidendo* officium commode fecit. Ubi tamen monendum, quod, quando Absorbentia talia non faciunt effectum, illis non sit nimis indulgendum, ob varia circa ventriculum & primas vias hinc pullulantia incommoda, unde deinde graviores succedunt morbi, non aliter quam a suppressis Febribus, *Hectica,* ad minimum *lenta,* Febres, *Oedemata, Tormina abdominis* communissime cum lenta Febre. Sic novi Pastorem, qui mediante *Polygono* (Centumnodia) (2) Febres intermittentes curavit.

(1) Erit hocce Medicamentum idem cum illo, cujus meminit Ill. Autor in *Diss. de Feb. Tertian; Cap. VI. p. 56.* nempe *Concha fluviatiles usta:* De quibus in *Colleg. Casual: Msct. Cas. de Quartan;* sic disserit: *Concha usta faciunt hic aliquid, sed præstat* robustioribus *a* ʒß *ad* ℈ii. *dare.* Es wird recht wie ein Kalck; wie denn auch bekannt ist daß sie in Holland und Frießland es an statt eines Kalcks zum Mauren brauchen. *Interim tenerior est compages illarum, & penetrantior activitas acrimonia sua salina. Alias in* tenerioribus *subjectis usus earum* constipationes alvi & tenacitatem *illius collectionis producit, unde,* ne nimium *fiat, bene dispiciendum.* Liceat vero hic statim subjungere de Concharum ustarum provide administrando usu sequens ab Ill. nostro Dn. Autore commemoratum exemplum:

LX. *Concharum ustarum causticitas.*

Diss. de Morof. ægr; XXXIV. p. 28.

Concharum fluviatilium usus ut merito a *Dan. Ludovici* inter euporista pretiosioribus ne unguem latum cedentia numeratur; ita simplex earum per *trituram* vulgo dicta præparatio minime quidem insufficiens est cuiquam scopo; neque tamen etiam aspernari decet *ustionem* illarum. Interim hac ipsa non solum

ſolum in *Calcem vivam* transformari, toti provinciæ maritimæ ſciunt, quæ illa pro ordinario cæmento murario utuntur: ſed ſervat etiam hæc Calx inſuper, quin jam cum modica aqua per trituram præparata, tantam *cauſticitatem*, ut, cum ante parvum tempus ægro uni & alteri præſcripta, his quærimoniam de acrimonia & amaritie inſigni elicuiſſet. Cum in Officina, ubi plus viginti pondo hujus pulveris non ita dudum præparati aſſervabantur, illum deguſtare ſuſciperet Medicus, in ſuperficie quidem propemodum inſipidum invenit, proxime vero ſub hac ita acerrimum, ut vel dimidii piſi magnitudine non aliter quam acerrimum Alcali prius arroderet linguam quam totus exſpui potuiſſet: Sicut par eventus ægrum admodum ſibi metuentem cum Pharmacopœo, ipſi cætera obnoxio, commiſit, dum recens paratum hunc *Conch.* uſtar. pulverem, & forte ſimpliciter pulveriſatum ac in vitro obligato aſſervatum, a ſuo Medico præſcriptum cum aquoſo vehiculo aſſumens hoc incaluiſſe ſenſiſſet. Quales itaque circumſtantiæ non ſolum *Moroſitati* ægrorum occaſionem præbere valent, ſed revera etiam adhuc *cauſticus* remedii effectus aliquando aliam efficaciam præſtare valet, quam ſimplicior per ipſum aërem omni acrimonia jam exuti aſſumtio.

(2) Cortici Peruviano paralellam hanc herbam eſſe aſſerit Ill. Dn. Autor in *Diſſ. de Febb. Intermitt. corrupt; Th.* XXIX. *p.* 24. ubi ſimul ejusdem de eadem legi poteſt ſententia.

LXI. *Febris Tertiana ſuppreſſa optima Medendi Methodus.*

A Tertiana ſuppreſſa per *Peruvianum Corticem* & *Martialium* prodigum uſum in *anxias anguſtias* præcordiorum & *lentam*, *Hectica* non abſimilem, febrilem *ἀνωμαλίαν* prolapſis, inprimis poſt non ita multos, (8. ad 12. vel circiter), a re ita geſta dies, præſentem opem tulit remedium in hoc ordine *digeſtivum* e *Conchis præparatis*, *Antimonio diaphoretico*, & *Nitro regenerato*, ſaltim ad Scrup. I. in ſingulas doſes uſurpatum: (1) ſubjuncta poſt plures horas, & eodem intervallo repetita, *Eſſ. Alexipharm.* non acriter calida. *Interpoſito* etiam alternis diebus *Pilularum Balſamicarum* uſu. (2). Ita alii ſemel, rarius

Diſſ. de Febb. Intermm. turbb. atque corr; LIV. p. 42.

iterum, sponte *vomuerunt*; Alii spontanea *purgatione*, pauci *copiosa*, levati sunt: Omnes intra paucos dies plene restituti.

LXII.

(1) Pulverum similium *in* ipsis Febribus efficaciam docent sequentia Ill. Dni Autoris in *Colleg. Casual. Msct. Cas. de Quartan;* verba: *Ego de Pulveribus e* Conch. præp; Antim. diaph; Nitr. depur; *& pro re nata etiam portione* Tartar. vitriolat; Arcan. dupl; *paratis in praxi mea magnam quantitatem consumsi & efficaciam hujus Pulveris tempestive adhibiti numerosissimis exemplis expertus sum, parvis dosibus, ad* gr. xv. aut ℈i. *exhibendo. Et talis Pulvis non solum* secure, *sed etiam* efficaciter *datur* versus *Paroxysmum tum* Acutarum *tum* Intermittentium. *In* Intermittentibus *saltim nonnihil* augendo *dosin* Incidentium salinorum *&* Absorbentium.

(2) De his tum videatur §. Historiam nostram præcedens, tum in *Colleg. Msct. Casual: Cas. de Quartana* sic differitur: Es haben sonst meine Pillen diesen Effect vor andern, daß sie das Fieber wieder *provociren*/ ob sie gleich nicht sonderlich purgiren. Alsdenn muß das Fieber so tractiret werden, daß es sensim abnimmt, und endlich gar ausbleibt; welches denn auch viel sicherer und besser ist. *Et in Colleg. Casual. Msct. Cas. de Tertian;* sequentia habentur: *Pilulæ mihi usuales præsentissime Febrim revocant, si etiam per* 4. 5., *vel plures septimanas Febris jam suppressa fuerit, quem effectum lubentissime semper amplexus sum, præsertim si a Cardialgiis & angustiis vexati fuerint Patientes. Et si* Tumores pedum *adsunt, conveniunt* Laxationes *cum* epicrasi *ex* Herb. Absinth; Agrimon; Centaur. min; (3) *quæ cum* Extracti Aloes *parciore dosi, aut paulo fortiori stimulo, in Pilulas redacta Tonum Ventriculi eximie restituunt & Evacuationi, quæ non superflua esse debet, favent: Subjungendo* per diem ter *usum* Essent. Alexiph; *Pilulæ meæ interdum sola suffecerunt, sed; quando Essentia hæc adjuncta fuit, tanto præstantiorem efficaciam præstiterunt.*

(3) Hoc inprimis & *in specie Quartanariis* commendat Ill. Dn. Autor *Cas. de Quartan;*

LXII. *Tumorum e Febri Tertiana suppressa ortorum curatio.*

REpentinus *Tumor* ad, imò ultra, *præcordia* intra octiduum fortè a pari *suppressione* febris prævalescens *pulveris* hujus usu, & *quotidie* usurpatis *Pilulis Balsamicis*, in viro aliàs vegetioris indolis *undecim dierum* quotidiano ingente decremento ablatus & patiens sanitati redditus est: In alio, evanescente quasi *tumore* usque ad *malleolos*, tamen circa *præcordia* pervicaces *angustiæ* & *lentum* febrile schema continuato (post *pulverem* atque *Pilulas*) *Essentiæ Alexipharmacæ* usu, in viro imbecilliore spe citius victa, & æger in integrum restitutus. Ubi verò *languidioribus* successibus subcreverat & increverat *tumor*, non violentiori, sed pariter *moderato*, eorumdem remediorum usu optatus effectus impetratus.

Diss de Febb. Intermm; turbb. & corr; LV. p. 43.

LXIII. *Hectica & Phthiseos metus ab Expectorantium moderato quidem, sed incongruo tamen, usu.*

GEneroso juveni XIX. annos habenti, sed, ut pro hac ætate, & corporis proceritate & reliqua florida constitutione conspicuo, & a dispositione hæreditaria ad insolentes & immoderatas *narium hæmorrhagias* promtissimo, cum interdum, imprimis si hæmorrhagiæ illæ reprimebantur, pectoris aliquâ angustiâ afficeretur, consilium datum est, ut aquæ leviter decoctæ, quâ loco potûs ordinarii utebatur, incoquerentur pro biliosa acrimonia, cui hæmorrhagiæ insolentia adsignabatur, *Tamarindi:* simul verò pro pectoris libertate expedienda *Jujubæ;* utriusque tamen non nisi *parum* solùm, tanquam magis ad leniter alterandum, quàm directe quidquam evacuandum. Sequebatur effectus prorsus inexspectatus, *Tussis* ita vehemens, imò ferox, aspera, rauca, plurima, cum volaticis quidem, sed tamen assiduis, horridulis & æstuosis alternis alterationibus, languore citò & varie increbescente, appetitus lapsu, somni per importunissimam tussim inopiâ, ut re vera justissimus metus *Hecticæ* & *Phthiseos* cooriretur: Cui etiam satis obstinata pervicacia adversus *temperantia* & *mitigantia* remedia non parum ponderis adjicere videbatur, quemadmodum etiam re ipsâ non nisi satis lentè expugnari iterum potuit, im-

Diss. de Affect. Pector; §. xxxiv. p. 29.

imprimis cum, ut de nulla conspicua serositate participante sanguine, quam minimum humiditatis universa hæc tussis exsereret aut exhiberet &c. Sicut reliquos *pectoris* veros Adfectus merito adsignavimus *stagnatoriis* congestionibus versus & circa pectus, velut ultima intentione totius hujus instituti ad actualem *evacuationem* sanguinis respectante susceptis, & cum contentione plus minus pertinaci continuatis: ita etiam *tussis* hæc easdem tales nullâ insigni difficultate ipsius rationis fiendi insequitur. Ubi tamen minimè etiam excludimus ejusmodi causas *concurrentes*, quæ vel *externo* allapsu irritativô hujusmodi appulsum ad ipsum pectus uberiorem provocare possint: Vel etiam magis *interna* certa efficacia *dirigere* quasi ad ipsum pectus *appulsum* humorum valeant: Quale quid inter externa introrsum sumenda meritò imputamus aliquibus vulgo ita dictis *Expectorantibus*, præcipuè verò *Jujubis* & *Sebesten*. Quales quidem effectus non ita rarissimè etiam ab Assumtorum varietate cooriri posse non præfractè negamus: Illud solum exactiori considerationi clinicæ commendantes, ut animum exquisitè semper dirigat ad observandas illas imprimis *intimiores* prædispositiones, ante omnia *ætatis* & *abundantiæ* & exoneratoriæ *commotionis* sanguinis: Utpote sub quarum rerum præsentia, aut præcipua utique causali efficacia, reliquæ illæ *supervenientes* humoribus impressiones *occasionalium* causarum rationem utique subire possunt, ubi præsto sunt. Cavendo interim, ne illis ita *directa*, & propterea etiam necessariò *perpetua*, efficacia adsignetur, quæ deinde veritatem *clinico-practicam* planè contradicentem inveniat; quando nempe talis idem effectus reverà planè *tacitè*, & citra minimum verisimilem varium causarum concursum, sese sistit: Quod quidem in *juniore* adhuc ætate, ab anno XVIII. in ulterius, etiam tanquam evidens passim deprehendi potest (1).

LXIV.

(1) Ulteriora de Expectorantium incongruo usu lecturus adeat *Diss. de Affect. Pector;* §. *LV. LVI. p.* 48. *seqq:* & *Diss. de Morb. corrupt; Cap. III. pag.* 15: nec minus *Diss. de Feb. Hect. Abscess. int. comit; Th; LVIII. pag.* 51.

LXIV. *Hecticus tempestatis mutatione instante in pejus, & rursus in melius, conjectus.*

Mihi observare contigit nuper demum in viro quodam, paulo ultra mediam ætatem, robusto, ex *febri scorbutica incipiente* malè ab Empirico tractata in Pleuritidem, & ex hac neglecta in Hecticam cum malignitate, incidente: a qua cum per Dei gratiam ferè liberatus videretur, de subito, nullo in diæta errore, *Lipothymiis repetitis*, *anxietate præcordiorum*, *conatibus vomendi*, atque *tussi violenta* correptus, ut adstantes tunc moriturum crederent; consilium iterum petiit: Videbam *aërem* bene *gravem*, *calidum*, *siccum*, *mutationem minitantem*, sequenti die *novilunium instans*: dedi *confortantia* & *nervina*, præcipue in forma pulveris, cum *præcipitantibus* & *cinnabarinis*: jussi bono animo esse: Altero die ingruente tempestate nubila meliùs habuit, & de die in diem ex eo tempore, Deo sit gratia, sanitatem recuperavit. J C.Stahl. Diss. de Aëris in Prax. Med.usu. XVIII.

LXV. *Tussis Phthisica ab Extracto Peti sedata.*

IN recentiori malo (1) non contemnendus est usus *Tabaci* rectè præparati, *Extracti* nempe Tabaci per Aquea Menstrua ita præparati, ut efficaciam *vomitoriam* amittat, & saltem *abstersivam* & specialissime Pulmonibus *sedativam anodynam* servet, quod fit per debitam *coctionem*, novam nempe, priori evaporata, affundendo Aquam, cujus interventu amittit acres nimium volatiles portiones, & remanet tamen Extractum: Cavendum verò, ne hoc Extractum male præparatum adhibeatur, nam Patientibus in pectore male affectis non conveniunt talia vomitum concitantia; alias *rectè præparatum in pulmonum affectibus bene* sese gerit. Idem etiam hoc ipsum Extractum, præsertim si diutius in liquida forma stet, contrahit commotione fermentationis acris situm cum secessione sedimenti, unde intimius involuta substantia efficaciam vomitoriam iterum accipit; unde satius est ad *siccescentem spissitudinem* cum copiosa Aqua coquere, ut ita diutius coquendo omnem virtutem emeticam amittat, &, si adhuc videatur patientibus nauseam contrahere, præstat iterum iterumque Colleg. Casual. MSct. Cas. de Phthis.

 cum

(1) Phthisico nempe, de quo in antecedentibus sermo.

cum nova Aqua coctionem repetere. In subjectis sensibilioribus vix sine nausea hoc Extractum assumitur, dum post ejus assumtionem vehementer vomibunda seu vertiginosa cardialgia affici incipiunt, sicuti mihi obtulit experientia: Illis tamen alio modo commode consuli potest. *Obtigit aliquando mihi casus in persona, quæ de Pulmonum vitio alias suspecta erat, & jam vehementissimè tussiebat cum exscreatione mucido-salivali; sciebat autem bujusmodi medicamenti apud me usum; Cum itaque sine incremento restitutionis alia medicamenta usurpasset, efflagitabat hocce remedium; sed propter teneritudinem & nimiam bujus Subjecti mihi cognitam sensibilitatem nolebam dare; dum verò etiam atque etiam instaret, dabam, & quidem præter spem largiorem Dosin, unde paulo post in tam enormem vomibundam cardialgiam incidit, ut quasi animo linqui videretur, hinc me advocabant: ego vero nil nisi* parum vini *carbonibus imponebam immixto* pauco Sacchari & Cinnanomi, *& 4. 5.* cochlearia *exhibebam, unde statim melius se babere incipiebat;* Und wenn sie es auch nur jetzt in warmem Wein genommen hätte, so hätte es nichts bedeutet; aber so war sie nüchtern, und hatte biß 6. Gran davon eingenommen: Indessen war dieses das Consectarium davon, daß sie von der Stunde an nicht mehr hustete. Aliquando etiam cum *Ess. Absinth;* miscere solitus sum. Ich hab es erstlich inspissiret, und denn einen gantz schlechten Brandwein dazu gegossen, und so herum geschüttelt, daß es flüssig geworden, und denn 12. 15. 20, 30. gutt. pro rei exigentia eingegeben. Es hat eine so grosse efficaciam anodynam, ut quandoque tussim magis sistat quam expediat.

LXVI. Tussis suspecta cum Peripnevmoniacis vestigiis complicata eodem curata Extracto.

Ejusmodi incipientes admodum suspectas *pectorales* non modo *tusses*, sed etiam graves *angustias* cum sensu *interpungente*, *ardente*, *pruriente*, a morbis acutis *Peripneumoniam* simul involventibus, *hoc ipso Extracto cum Ess: Alexipharm; qualitercunque remixto feliciter quandam personam per Dei gratiam a me restitutam testor.* Et si forte non semper plena restitutio, tamen mitigatio, affectus hoc remedio commode conciliari potest (1) (2).

(1) Jungenda his, quæ de *Extracto Tabaci* disserit Ill. Autor in *Diss. de Alterant. & Specif; Sect. III. Cap. I. p. 33. & Cap. II. p. 36.* ubi sola ejus efficacia in *Pectorali*, non autem *Hypochondriaca*, laudatur *Tussi*

si; Unde etiam signum utriusque hujus *Diagnosticum* inde desumit in *Diss. de Phthisi; Cap. V. p.* 23. Cautelam autem *de Appulsu Humorum ad Pectus prius cohibendo* tradit in *Diss. de Affect. Pect;* §. *LIV. p.* 47. ubi etiam *Praparatio* ejusdem docetur, quod quidem prolixius adhuc fit in *Diss. de Curat. Castr;* §. *XXXV. p.* 30. 31, ubi *lenes* Evacuationes præmittendæ *indicantur;* Tabaci etiam *euporista vulneraria* efficacia *prædicatur.* Interim nec omittenda, quæ de *Extracti hujus minori necessitate* monet in *Diss. de Adfect. Pect;* §. *LX. p.* 53. ubi *Aquam e Veronica destillatam* laudat, cujus, ut *insignis ab illo laudati Pectoralis,* historiam hic tradere neque absonum forte neque ingratum Lectoribus videbitur: *Efficacia* nempe ejusdem & *adhibendi Modus* describitur in *eadem hac nostra Dissertatione*, & quidem §. *LIII. p.* 47. ubi & *Praparandi methodus* docetur: Quibus jungenda, quæ in *Diss. de Medic. Chirurg; Th. XXXVIII. p.* 32. leguntur. Herbis autem hic recensitis *Hederam terrestrem* adhuc addi, *Veronicam* autem *ad pondus omnium* assumi, ex *erudito* quodam *Medico*, Stahlii olim Discipulo acroamatico, didici. Cæterum etiam nullatenus prætermittenda ea, quam in *MSct. Disc. de Præpar. Chym; n.* 48. tradit, *quæ nostra Praparanda Descriptio* sequens:
„Potest autem multis ejusmodi herbis, quæ *mediocriter subtiles* „habent partes, consuli per prudentem *Fermentationem*, ubi „exemplar tale exhibere potest.v. g. *Veronica,* quæ plantula pa„rum odoris de se spargit, unde etiam Aqua simplex ℞ata re„vera fatua communiter, & nec odore nec sapore, nullâque in„super aliâ efficaciâ, prædita est. Quando verò *recens* hæc plan„tula subtilius concisa cum *mediocri* aliquo *vino* infunditur, & „ita per 10. vel 14. *dies* in cella vase cooperto imposita fermen„tescit cum vino, & tunc materia hæc per vesicam destillatur; „prodit Aqua valde *odorata Spirituosa* prima, nempe de vino as„sumto; succedit etiam postea *Spirituosa portio*, ipsa etiam *valde* „*odorata*, *sapida* proinde, & colore quoque *flavescente* imbuta, „longe alterius, nempe melioris, efficaciæ, inprimis *pectoralis*, „quam quantalibet mensura simpliciter destillata. Unde ad„huc ad futuram penitiorem considerationem & experientiam „commendationem meretur ipsa hæc *Enchirisis Aquas ex medio*„*cris teneritudinis Vegetabilibus per confermentationem talem parandi*, „non tam compositas quam etiam simplices. Sicut etiam tales „herbæ *per se fermentari possunt*, adjecta particula Sacchari; Et, si

ita

„ita destillantur, etiam saporem & odorem de sese largiuntur, „& magis quoque efficaces fiunt Aquæ, quam vulgò illæ cum „Aqua fontana destillatæ.

(2) Qualem *Syrupo de Peto* efficaciam in *Phthisi* Ill. tribuat Autor, docebunt sequentia *Colleg. Casual; MSct. alter. Cas. de Phthisi* verba: *Commendari quoque meretur* Syrupus de Peto Quercetani, (3) Taback *Syrup, qui* rite præparatus *remedium* efficax, *licet parum cognitum, existit: Alias non recte præparatus nulli homini minus accomodatus est quam Phthisicis, ob* Vomitus *&* Cardialgias, *quas enormiter excitat;* Recte *vero* præparatus *non modo* resolvit, *sed* Ulcerationem *etiam* juvat.

(3) Descriptionem vide in *Quercetani Pharmacop. Dogmat. restitut; Cap. XII. p. m. 238. seqq.*

LXVII. Phthisico-Hecticus Equitatione multum levatus.

Diss. de Mot. Volunt. Usu Med. xxxii. p. 31.

EXemplar ut in se quidem omnino utique dignissimum, ita dolendum est, quod secundum præcipuam sui veluti evidentiam atque certitudinem plus propemodum adhuc debeat autoritati, quam simpliciter notoriæ & apud omnes confessæ *experientiæ* testimonio & consensui: Est hoc energia illa ad affectus omnium difficillimos solum sublevationi qualicunque seu consolationi, nedum curationi; quibus tamen hoc æquè certò non *prodesse* solùm, sed planè *mederi*, adseverat Autor nec experientiæ neque fidei laude incelebris, atque *Chin-china* medeatur *Febribus tertianis:* quæ certè expressio tanto fortior est, quanto plus fidei atque fiduciæ hic *cortex* hodie propemodum in universo orbe Medico tuetur. Loquimur de *Equitationis* imprimis, tum etiam *Vecturæ*, energia ad *Hecticam*, aut plane *Phthisin*, hoc nomine & hac expressione *à Sydenhamio* laudatam: sicuti plura ad hanc rem conspirantia ex ipsa *antiquitate* allegata sunt à me in *Programmate de novo remedio antiphthisico, Equitatione* (1). Qua de re tamen uti pariter justo prolixioribus esse neque licet propemodum, neque placet; ita *optimo fortasse jure allegari posset loco speciminis energiæ* Equi-

(1) Addi etiam poterunt, quæ in *Diss. de Phthisi Cap. VII. p. 38: de Regim. Th. XXVII. pag. 21: Theor. Med. Physiol. p.* $\frac{192}{434}$: *& denique Diss. de Feb. Hect. Abscess. intern. comit; Th. LXI. p. 54.* de ea differit Ill. Dn. Autor.

Equitationis ad Hecticam aut plane Phthisin, hoc nomine a Sydenhamio laudata, constitutio gloriosi cujusdam Herois, qui sub infirmissima sua Phthisico-hectica constitutione vehementia tamen equitationis venatoria non solum vitam sed etiam valetudinem toleravit; imo sufficientem alacritatem non solum ad negotia, sed ipsas usque expeditiones bellicas, suscitavit, donec infortunato casu cum equo atque actuali gravi læsione infelicior eventus successit. Ubi, licet curatio plena minime secuta sit, non tamen vel neganda vel negligenda Euphoria in hoc genere ingens, & ab aliis adminiculis insolita. Unde quidem hujus *specialissimi* etiam Usus adhuc magis excolendam efficaciam merito decenti industria commendamus.

LXVIII. *Phthisico-hecticus Antihecticis vulgaribus & Opiatis interfectus.*

Tanto pejor profecto est ut ipsi utique Experientiæ ita etiam Rationi ingestio Remediorum quoque modo, nedum manifesto, *adstringentium.* (1) Quis autem nescit, talem esse effectum non solum præcipuorum ex *Traumaticis*; sed etiam decantatæ istius *Tinctura Antiphthisica Grammani* (2), inprimis recte paratæ, ne præcipitatione mutua facta etiam simpliciter fatuum emergat κρᾶμα. Scio memoriter hujusmodi exemplum, ubi Illustri Viro *phthisico*-hectico Tinctura hæc per anni quadrantem integrum jugiter ingesta; interposita *terra sigillata* (3), & in noctes *Emulsione seminis papaveris*, non omisso etiam per vices *laudano opiato*: Unde tamen Patiens indies pejus adfectus, & tanquam in verum Sceleton exarefactus, sola morte liberatus est: supra 40. interim thaleris in sola medicamenta hæc impensis.

Diss. de Multitud. Remed. Abus: Th. xxv. p. 22.

(1) De *Antiphthisicis & Antihecticis* in proxime præcedentibus Ill. Dno Autori erat sermo.

(2) De *hac*, ut & de *Antihectico Poterii* vide etiam *Diss. de Phthis. Cap. VII. p.* 34. quemadmodum de posteriori nostram statim insequens historiam §. ulterius judicat. Licebit autem de utroque hoc medicamento Ill. nostri Autoris sententiam in *Disc. MSct. de Præpar. officin;* fusius explicatam hic allegare: Sic autem n. 281. de *Antihectico Poterii* loquitur: „Famosum e Stanno præparatum est illud sic dictum „*Antihecticum Poterii:* nempe stannum sive sponte cum Nitro „deflagrando in album pulverem seu calcem redactum, sive cum

„Reguli Antimonii partibus æqualibus colliquatum, & ita ad„dito Nitro detonatum. Sed profecto impotens est assignatio „hujus nominis, quod frivolum hoc præparatum Hecticæ me„deatur. Et non vivit homo, nec vivet, qui expertus sit quod „hoc Remedium ulli Hectico saltem visum sit aliquod levamen „attulisse aut afferre, nedum quod Antihecticum fuerit & il„lum ab Hectica liberaverit: Conjicere potius in Hecticam „potest levis abusus, *gravando* omnino *Ventriculum* & *primas vias*, „& subaustera sua, seu salina etiam, ex Digestione saltem eve„niente, efficacia *stringere* potius Viscera, quam ullo modo ape„rire. Pertinet revera ad superstitiosas illas Credulitates Me„dicas hujus Præparati propagatio & per manus traditio: Es „kan kein Mensch sagen daß er jemahl gehöret oder gesehen, daß das „Ding einem Hectico ein Solatium habe gebracht: Und ist dennoch „auch eine grosse Blindheit, daß man solche Dinge in solchen Capiti„bus recommendiret, da man weiß daß man nicht helffen kan; da „soll denn ein solch Ding helffen, das man weiß daß es nicht helffe, „& nulla una Ratione a priori colorari hoc potest, & experien„tia a posteriori refragatur & contradicit; ut adeo revera soli „miræ illi credulitati imputandum sit, quod talia sub his nomi„nibus ulterius differantur, & revera mundus decipiatur. Si „ullum est iners Præparatum, revera hoc est, & a quo, ut ite„rum dico, cavendum potius est, quam ullo modo illi multum „tribuendum.„ De *Tinctura autem Grammani Antiphthisica n. 287.* sic judicat: „Est notum Remedium quoddam Confusaneum ex „*Sacharo Saturni* & *Vitriolo Martis*, sub nomine *Tinctura Antiphthi„sica Grammani*. Primo difficilioris successus est illa Præpara„tio, denn ordinair præcipitirt es sich mit einander, und fällt der „Plunder vom Saturno und Marte zu Boden, und oben auf schwim„met ein gelber Liquor, der nun desto weniger was helffen kan, da das „gantze Ding vor nichts hilfft, wenns gleich beysammen bliebe, wie es „denn auch nichts thun kan. Secundo ist es eine Mixtura adstrin„gens, und scheinet der Autor habe von andern was gehöret vom La„pide hæmatite, wie sie es heissen, artificiali, der aus Saturno mit „Spiritu Salis præcipitirt &c. bestehet, daraus sie ein sonderlich Werck „machen wollen. Allein es hat seinen Nahmen, er sey auch noch so „gut gemacht, nur vor die lange Weile, und ist würcklich nichts damit

zu thun. Ich kenne die Exempel, und hab es in die 22. 23. 24. Jahr,, gesehen, von denen Leuten die es andern loben, und unter ihre Selecta,, Medicamenta mit communiciren, daß sie keinen Phthisicum curi-,, ret, sondern, wenn ihnen ein Phthisicus unter die Hände gekommen,,, ist vielmehr wahr gewesen was das gemeine Volck zu sagen pflegt: Er,, wird ihn schon vollends hinbringen. Und wenn sie haben angefangen ,, zu curiren, sind sie bald und zeitlich darauf gestorben. Und das kan ich,, mit Warheit sagen, daß es mehrentheils eintrifft bey denen, die von,, der Curatione Phthisica so viel Schreibens und Redens machen.,, Denn es ist eine Tinctura adstringens, und je gröber man damit,, kommt/ je gröber es wird, indem in Phthisi solche Medicamenta, ja,, alle Adstringentia, schädlich sind. Also soll man die Tincturam An-,, tiphthisicam und das Antihecticum Poterii untereinander misci-,, ren, und zusammen zum Fenster hinaus werffen. Wer die Hecticos,, sonst nicht als mit dem Antihectico, und die Phthisicos nicht anders,, als mit der Tinctura Antiphthisica, zu curiren weiß, der wird auch,, wohl damit nichts ausrichten: aber, quod plus est, Schaden kan,, man damit thun, und verdirbt den Hecticis vollends gar leicht das,, Bißgen Appetit, und gravirt den Magen, daß sie endlich alvi Sym-,, ptomata bekommen, und damit sind sie vollends verdorben. In sol-,, chen Dingen hat man sich also vernünfftig in acht zu nehmen. Wenn,, mit solchen Lumpen-Possen Hectici könnten curiret werden/ warum,, sind denn derer so viel? Warum curirt man sie nicht? denn das,, Ding kostet ja nur etliche Pfennige, und wenns wahr wäre, so könn-,, ten ja die Leute gantz leichte curiret werden; sie werden aber nicht cu-,, rirt, sondern vielmehr verdorben; Adeoque tanto magis caven-,, dum est a talibus.,, Cæterum utriusque Medicamenti *Præparatio-nem* scire avidus adeat *Ill. nostri Autoris fundam. Chym. Dogmat. & Experim.*; *p.* 192. §. 2. & *p.* 201. §. 12. ubi *Antihecticum Poterii describitur*, quemadmodum *p.* 194. §. 7. *Tinctura Antiphthisica Grammani.*

(3) De hac ea est Ill. nostri Dni Autoris in *Discurs. MSct. de Præparat. offic*; *n.* 227. *seqq.* sententia & mens: „Terrarum sigillatarum no-,, stratium unus effectus, quem certius exhibeant, est *Adstrictorius*. Alexipharmacus revera non nisi per nudam opinionem,, ipsis tribuendus, quod etiam jam pridem cautiores & rerum,, suarum satagere laborantes Practici notarunt, inter quos no-,, tari meretur *Valeriola*, qui plusculis, inprimis autem duobus,,

 „(4) lo-

„(4) locis, in *Observationibus suis* memorat peculiarem effectum „in *Hæmoptysi* a terra quadam sigillata, sed *quam ille præ se fert* „*accepisse ad unam vel alteram dosin ex penu Magnatum, ubi monet,* „*quod vulgares Terræ sigillatæ fatuæ sint, & a quibus nihil eximii exspe-* „*ctare sit integrum, sed revera Terra sigillata, quæ Antiquorum quorun-* „*dam promissionibus satisfaciat, non solum parco, sed fere ignoto, ut ille* „*putat, proventu destituat veram dignotionem emtorum & Practicorum,* „*nisi forte incidant in bonam illam, quam laudat ille.* Sed revera Ter- „ræ istæ nostræ sigillatæ nihil sunt nisi Boli subinde Martialis „potius prosapiæ, imo, si etiam aliquid aurei ex illis conferri „possit, illud interim non ejes dignitatis, ut miraculi quid in- „de exspectare sit integrum, teste etiam quotidiana Experien- „tia. Wenn viel mit der Erde zu richten wäre, so wäre es wohl „sehr gut, sie ist ja wohlfeil genug, das Pfund vor 2. bis 3. ggrl., „davon kan man lange brauchen. Adstringentis autem magis in- „dolis est, adstringentis simpliciter, neque ita plane infra me- „diocritatem, sed satis notabiliter. Quo nomine revera fru- „stra sunt ejusmodi speculationes, quibus hæ terræ immiscen- „tur Præparatis multæ commendationis. Recipit Terram sigil- „latam, Corallia, imò Lapides alios aliquos pretiosos, *Pulvis* „*Pannonicus* dictus. Hunc Pulverem offerunt Patientibus *Acu-* „*tis*, imò *Malignis*, Febribus affectis, & volunt ut regimine de- „super adhibito sudent Patientes, quod revera heteroclitum „est, nam Pulvis habet majorem efficaciam ac energiam adstrin- „gentem ex tota Compositione, quam illo modo ad evacuatio- „nem disponentem; sola opinione, quasi hæc Terra sigillata pe- „culiari aliqua polleat vi *alexipharmaco-diaphoretica* plane, imò „*cordiali*, à qua tamen revera aliena est hæc ipsa terra. Ita „etiam Vir aliàs multa laude circa Materiæ Medicæ emenda- „tionem, quam ille primus suscipere ausus est, multa inquam „laude dignus, *Daniel Ludovici*, in substituendis tamen quibus- „dam veluti peculiaris utilitatis remediis nescio an undique acu „tetigerit rem. Ita v. g. P*ulverem pro Infantibus* in variis illo- „rum Affectibus proponit concinnandum ex *Terra sigillata* & *Uni-* „*corni fossili*, & adhuc uno vel altero Ingediente, ubi revera Ter- „ra sigillata Infantum usui minus apta est, cum Infantibus „omnia, etiam quantumcunque, Adstringentia minus conve- niant,

niant, sed quovis modo Evacuationes quaslibet, & inprimis,, Diaphoreseos & Alvi, in progressu ad minimum suo expedito,, conservantia.,, His analoga edisserit in *Diss. de Alterant. & Specif; Sect. II. Cap. III. p.* 28. ubi simul *suum PolychrestumPulverem Infantilem* ex *Ocul. Cancr; Antim. Diaph;* & *Cinnab; modico* indicat; *Diss. de Affect. Infant; Cap. IV. p.* 32. ubi denuo *Pulvis Ludovicianus* improbatur, qui *a B. Ludovici in Pharmac. modern; Diss. I. p. edit. Lips;* 188. describitur; Et denique in *Diss. de Multitud. Remed. abusu Th. X. XI.* ubi tam *Terra sigillata* quam *Unicornu fossile* acriter perstringuntur, de quo posteriori, cum pari passu in citatis locis cum Terra sigillata ambulet, Ill. nostri Autoris judicium similiter e *Disc. MSct. de Praeparat. Chymi n.* 231. *seqq.* subjungere hic licebit: ,, Manuducit certe occasio hu-,, jus ipsius Pulveris ad considerationem alterius hujusmodi Ma-,, teriæ Terrestris, & non solum ad absorbendum, sed nescio,, quos alios effectus specificos, ita commendatæ, nempe ho-,, rum ipsorum ossium, quæ vulgo *Unicornu fossile* vocant. Ita,, in istis locis, unde hodie veluti solennius & copiosius expor-,, tatum est illud Unicornu fossile, vix non notorium est, quod,, isti non tam scrutatores quam introductores Speluncæ illius,, Baumannianæ, die Wurm-Schneider, die die Leute in die Bau-,, manns-Höhle auf dem Hartze hineinführen, und ihnen weisen wie es,, aussiehet, daß die die Beine von den Schind-Angern zusammen su-,, chen, und solche in die Tuncke oder Osuginem legen, da sie sich nach,, und nach incrustiren, oder durchziehen, und das heisset denn Uni-,, cornu fossile. Wie man auch noch letzlich im Reiche einen Hauf-,, fen groß und kleine Knochen in grosser Quantität, vermuthlich von,, Elephanten und von kleinen Vögeln, auf einen Hauffen gefun-,, den hat. Davon *Lic. Carl* einen Tractatum lectu dignum,, geschrieben, cui Titulus: *Docimasia Ossium fossilium Canstadiensium.*,, Es sind Beine, die man da in der Grafschafft gefunden/ wie solches,, *Tenzelius* souteniret, und ex conformatione erwiesen hat, daß es,, warhafftig Elephanten-Beine gewesen/ (da sich Medici und Physici,, darüber confundiret haben, und sagen es sey so ein Lusus Naturæ,,, die spiele solche Dinge in der Erde) der etwan in den Expeditioni-,, bus Romanis dadurch geführet und gestorben, und also dahin tumu-,, liret worden. Es ist aber gewiß was Läppisches mit dem Unicornu,, fossile, davon doch eine grosse Superstition bey denen Medicis ist,,,

„die alle Dinge (wenn sie sonst zu nichts nütze sind, doch) in der Me-
„dicin brauchen wollen: Wenn sie nemlich einem Maligna Febre
„affecto etwas zu gute thun wollen, so verschreiben sie ihm Unicornu
„fossile, damit wollen sie Wunder thun; Und damit es doch auch ei-
„nen grossen Nahmen habe: Es ist aber würcklich nichts nütze, wie
„auch das *C. C.* und *Dens Elephantis seu Ebur &c. philosophice præparata*,
„teste & Ratione & Experientia. Denn es ist nur eine terrestris
„materia Ossis, daraus das glutinöse oder gelantinöse Wesen aus-
„gekocht ꝛc.

(4) An *Lib. II. Obs. 2. pag. m. 70. & Lib. III. Obs. 6. p. m. 149?* Licet in utroque hoc loco non omnia ea, quæ ab Autore nostro citantur, inveniantur, indeque alius adhuc locus, quem tamen, licet attente perlustratis Observationibus, nullibi invenire datum, superesse videatur.

LXIX. *Phthisicus Opio interfectus.*

Theor. Med. Patholog; pag. 431. 1009.

QUid in ipsa vera *Phthisi* tempestivæ Venæ Sectiones possint, æque atque *intempestivæ & immoderatæ* noceant, alia quidem utique, quam a nudis phantasiis, peritia opus est; interim minime certe Practico rerum suarum satagenti contemnenda: Qualis certe crudorum potius capitum turbulentiæ relinquet censuras illas, quod *Sanguinis missione Phthisis* minime *curari* possit. Satis gnarus, quanti adhuc pretii haberi mereatur sensibilis talium patientium ad minimum *sublevatio* (1). si utique ad summam rei adspirare non sit integrum. Et certe puto longe melius hac ratione consultum esse ipsi conscientiæ, quam

(1) De his sic loquitur in *Colleg. Casual. MSct; Cas. de Feb. Hect; Ad Hecticos sublevandos* Venæsectionem *decentem laudare soleo. Sicut etiam a* tempestiva *Venæsectione omnimodo tranquillitatem Naturæ observavimus, ut minus tumultuarie commotionibus & congestionibus Intentionem adhibeat. Et videmus hoc non solum in externis ad congestionem & eruptionem tendentibus Sanguinis commotionibus, sed etiam in internis. Nam tempestivæ Venæsectiones in Phthisicis & Hecticis mihi multis vicibus non solum præsentanea, sed etiam diuturna & constantia, commoda præstiterunt. His rebus cum notorie occurrat Venæsectio, secundum sanam quoque Rationem in usum vocanda est.* Man nehme sich nur in acht, daß man

quam si per *Opium* patienti, etiam jam eximie debili, unius noctis somnum, secundæ vero mortem, conciliet, & hoc artificium etiam commendatione 'ευθανασίας desperatis patientibus conciliandæ excusar e laboret. (2).

LXX. Phthisi demortui Pulmo albidus.

Quamvis longe plurimi Phthisicorum ab insigni corruptione majore morbi impetu emorientes sinceriore *suppuratione* per inflammationis atque febris coortum prædominium ad mortem deducti legantur, testante magno numero in hoc conspirantium Observationum a laudato *Bonneto* conquisitarum: Non tamen ita absolute rarissimum esse illum quoque casum, quo pulmones non æque in verum *pus* fatiscunt, persuasit mihi propria Experientia, qua in cadavere Viri, qui *segni* Phthisi cum fluctuatione in sinistro latere perierat, sinistrum pulmonis corpus, quantum Mediastino à dextro separatur, universum absumtum vidi, neque quicquam ejus loco, nisi largam quantitatem tenuis liquoris, reperi, *lacteâ* penitus, eaque prorsus æquali, albedine conspicui: altero pulmonis latere, quod fortè

Diss. de Phthis; Cap. IV. p. 18.

man nicht mit dergleichen Leuten zu thun bekomme / die da meinen, daß man sie werde damit gesund machen: Das sage ich nicht. *Alia est Quæstio:* An Venæsectio prosit & quid unice efficiat? Und eine andere *Quæstio* ist, wie ich die Hecticos gesund machen soll? dieses wird wohl schwerlich / oder gar nicht, geschehen. *Adeoque laudo & commendo in tali casu* circumspectum & tempestivum, *præservativum* magis *quam curativum*, *Venæsectionis usum.* Quibus e multis aliis locis junguntur *Diss. de Hect. Feb.* §. *XXXI. p.* 17. *de* Phthis; *Cap. III. pag.* 15. *Cap. VII. p.* 32. *de Adfect.* Pect; §. *XLIX. p.* 43. *& denique de Feb. Hect. Abscess. int. comit; Th.LX. p.* 53.

(2) Quam parum in his Casibus laudet *Opii* usum, patescit e *Diss. de Hect. Feb:* §. *XLII. p.* 21. *de Phthis; Cap. VII. p.* 33. præferendo semper urgente necessitate *MP. de Cynogl:* porro *Diss. de Curat. Æquiv;* XXXIV. *p.* 17. *de Impostur. Opii* §. *XXXIV. & XXXV. p.* 21. ubi in priore §o pro *Physicis legendum* Phthisicis; *& denique de Affect.* Pector; §. *LIV. p.* 47. *LX. pag.* 54.

forte haud multo minorem admirationem merebatur, nullo prorsus indicio a vera sua integritate declinante. Quem etiam casum Excell. Dn. D. Heldio non ita multo post tempore exposui.

LXXI. *Calculi Tussi rejecti, & Scirrhi Pulmonum in Phthisicis.*

Diss. de Lithogenes; § III. p. 5.

Vidi ipse calculosam substantiam è Phthisicis pulmonibus sæpius tussi rejectam; & in pulmonibus etiam pro satis sanis habitorum scirrhos cum inclusis tophis sectione deprehendi; cujus rei adhuc nuper oblatum fuit exemplum in corpore variolis defuncti, & vix unquam antea de ullo pulmonum vitio suspecti (1).

LXXII. *Scirrhi Pulmonum post Mortem tandem detecti.*

Diss. de Phthis; Cap. V. p. 20.

In cadavere Illustris adolescentis viginti, & quod excurrit, annorum octo *nodos scirrhosos* magnarum avellanarum mole in pulmonibus reperi, quorum plerique in meditullio exhibebant granum tophaceum seminum cannabis minutorum & majusculorum instar: reliqua etiam ipsorum consistentia ita tenax & firma erat, ut nude dissolvi & absque corruptione in ulcus cum vesicularum, quas æque atque vasa & tubulos involvebant, integritate discuti impossibile fuisse appareret. Hic interim juvenis, dum viveret, interdum quidem tussiebat, verum ita parum & obiter, ut vix unquam tres aut quatuor exiguos tussis sonitus elideret.

Alter juvenis 23. circiter annorum e vulnere pulmonum cum majorum vasorum dissectione secundo die mortuus uti sinistram pulmonum molem liberam, ita dextram thoraci per innumeras robustas fibras transversum minimum digitum longas connexam habens (quam etiam vulnus ad dorsum usque penetraverat:) Gerebat simul *scirrhum* magnæ avellanæ quantitate, qui superficiei pulmonis ex uno latere connexus illam eo loco corrugaverat; intus autem *duram densam substantiam*, qualis propemodum *renum* est, referebat, in cujus medio *tenax mucus* cum aliquot exiguis granis tophaceis hærebat. Hic juvenis interim, quantum cognati ejus meminerant, neque

(1) Relatio est Domini Præsidis.

neque queſtus erat unquam de ulla circa *reſpirationem* alteratione, neque poterant prædicti ejus cognati ullo modo recordari, quod illum a longo tempore, nedum frequentiùs aut fortiùs, *tuſſientem* audiverint. Illum verò *ſcirrhum* citra ulcerationem diſſolvi potuiſſe, conſiſtentia ejus univerſa, nedum *tophi iſti*, credere vetant.

Vulgò pro *Phthiſis* ſigno interpretantur, ſi patiens *ſæpè* & per *longum tempus tuſſi*, etiam *parva* & *inani* ſeu *ſiccâ*, laboret; Inprimis ſine manifeſtioribus cauſis. Quamvis autem hoc non ſit de nihilo; tamen neque firmiter inſiſtere his judiciis integrum eſt, neque *Phthiſeos* ſtrictè dictæ, nempe *pulmonalis affectus*, proprium hoc ſignum reputare. Noverunt enim utique Practici peritiores, quod *Hectica* ex hypochondriis, imò ipſa interdum primæ concoctionis vitia, non minorem *tuſſim* provocent; imò verò potius familiariter *graviorem*, quæ etiam fortaſſis verior ejus differentia à *pectorali* haberi mereatur, nempe *ſiccitas cum magno impetu* conjuncta. Quamvis autem *valde diuturna*, præcipue verò ſimul *ſicca*, tuſſis ſuſpicione valde juſta pectoris aut hypochondriorum vitii pertinacis non careat; imò pro minus dubio ſigno ejusmodi conſtitutionis, e qua *Phthiſis* aut *Hectica* alia majore impetu prorumpere poſſit, non injuriâ habeatur: non præbet tamen ſignum neque *Phthiſeos* ſtrictæ dictæ, nec ipſius neceſſariò admodum *tabida* Hecticæ, nempe ab *ulceroſa* vix amplius reſolubili aut actu jam *ulcerata* conſtitutione dependentium affectuum (1).

LXXIII. *Concretio Pulmonum cum interiore ſuperficie pectoris.* (2)

PLacet allegare Adfectum quendam *Pectoris* in ſe quidem adhuc Medicæ conſiderationi parum lucis adferentem interim non inani ſuſpicione concurrentis *cauſalis* efficaciæ ad alios deteriores even-

Diſſ. de Adfect. §. xxxvii. p 32.ſqq.

(1) De *binis* palmariis Tuſſis *Pectoralis* ab *Hypochondriaca diſtinguendæ* Signis: *Reſpiratione nempe profundiore* & *Extracti Peti aſſumtione*, vide hanc *Diſſ. de Pthiſ; Cap. V. p. 23. & Cap. III. p. 14. 15.* ubi prioris ſigni proprie quærenda deſcriptio.

(2) Licet hic Affectus ad Febres proprie non pertineat; ob materiæ tamen affinitatem & quod ejusmodi nunc & tunc pro Phthiſicis, aut

eventus notandum: Eſt hic nexus ſeu *Concretio Pulmonum* per totum ſui ambitum ſeu ſuperficiem cum interiore ſuperficie Pectoris, ſeu Pleurâ hanc obtegente. Fit autem hæc rarius per modum *arcta* & magis *immediata* concretionis ipſarum utrarumque tunicarum illarum, *Pulmonalis* & *Pleura;* Longe autem familiarius per laxiores quasdam *fibras:* adeò ut viderimus ad craſſiſſimi calami ſcriptorii transverſam menſuram ſeu latitudinem invicem diſtantes, & tamen fibris *tenacibus*; ad inſignis craſſioris fili ſericei (Stepp-Seide) proportionem, iisque numeroſiſſimis, invicem cohærentes. Porro autem nobis quidem nunquam adhuc obtigit videre connexionem hanc Pulmonis, nempe in utroque Pectoris cavo; ſed ſemper in uno ſolùm hujus latere: manente interim oppoſito ab omni hujusmodi adfectu libero. Quamvis autem hujusmodi conſtitutio minimè rarò occurrat; tamen nobis quidem nullum adhuc innotuit veluti certum & *evidens* phænomenon, unde vel *dignoſci* quoquomodo certius poſſit hujusmodi conſtitutionis præſentia; vel certior, nempe ipſa quoque conſtantius poſt ſimilem conſtitutionem reperiunda, *ſiniſtri* cujuscunque eventus inducendi veluti propior energia. Noſtram ſententiam de hoc negotio ſi dicere debeamus, ante omnia ratione originis ejusdem multum imputandum cenſemus *Geſtationi infantum adhuc tenerorum in brachiis nutricum & ancillarum.* Quandoquidem aliquot ejus rei exempla oblata ſunt mihi infantum de reliquo nullâ ſanitatis labe conſpicuorum; niſi quod una pars, & in his quidem exemplis *dextra*, pectoris plana; oppoſita verò ſiniſtra, & inprimis in thoracis poſteriore parte ſub ſcapulæ, ita altiùs *arcuata* conſpici poſſet, ut inde gibboſitatis ſecuturæ metus parentibus oriretur. Ubi inſtitutâ ſuper haud injuſtam ſuſpicionem quæſtione ſtatim patuit, quod nutrices talem infantem perpetuò ſuper ſiniſtro brachio geſtare conſueverint: Ubi appreſſione tenerioris corporis ad pectus geſtantis famulæ aut nutricis effectum hunc utrumque facile reportat. Ubi verò ita coarctata eſt una harum Cavitatum, ibi fieri utique facilè poteſt, ut obrigeſcente & diutius ita durante hâc conſtitutione (licet poſthac ſub liberiore incremento corporis ſenſim iterum

Phthiſi proximis, habeantur; illum hic ſubjungere non incongruum judicavi, cum præſertim etiam in proxime præcedenti Hiſtoria mentio ejus facta ſit.

rum corrigatur,) tamen interea, quamdiu durabilem talem coarctationem retinet, expansione sui incessabili Pulmones minus spatium latius explendo, adeoque totam cavitatem per intimam usque superficiem singulis quasi momentis attingendo, successivè effectum hunc sortiantur. Ubi quidem de simplici *mechanico* corporis habitu speculantium non tam fortè oborituro dubio, quam, ut talibus promtum est, inconsideratæ objectioni: *Quod, cum motus Thoracis primam expansionem Pulmonis producat & quasi trahat, expansio hac hoc modo etiam sub tali insolita angustia ejus non posse majus spatium explere, quam elatio Thoracis subeat;* brevissimis commendamus meliorem considerationem & animadversionem secundæ expansionis Pulmonum, *elastica;* nempe ab *aëre* actu haustô, qui per concalefactionem sui, secuta expansione sui, Pulmones vel decuplo plus inflat quam solô parvô illo motu thoracis minimè eveniret; &c. Ceterùm opportuniorem hujusmodi negotio inusitatæ aliàs concretionis inprimis infantilem ætatem reddit utique totius energiæ *increscendi* in hac ætate quàm maximè promta activitas. De efficacia verò velut à posteriori, seu consecutiva, hujusmodi accretionis Pulmonum, adeoque constantis eximiæ expansionis eorundem, verosimillimum nobis videtur, quod ita constituta individua ut alii diuturniori detentioni respirationis aptiora existere possint; ita etiam tam propter aëream *constantiorem* spongiositatem talium Pulmonum *natationi:* quàm propter stabilem expansoriam *directionem* vasorum sanguiferorum intra Pulmones sic adfectos ad tanto majorem moram sub aquis trahendam, præ aliis aptiora futura sint. *Incommoda* autem ab hujusmodi statu pullulantia agnoscimus propiorem *dispositionem* ad *concipiendos* qualescunque *infarctus;* tanto magis autem *fovendos*, quando reciproca illa compressio meatuum, quæ sub *exspiratione* ab ipso *pondere* Pulmonum fit, in hoc casu effectum suum amittit. Ubi tamen facilè & fortè, si quisquam alius, recordamur differentiæ *τῦ posse* ad *τὸ esse* in corpore vivo. Interim neque quenquam dubitaturum esse confidimus, quin *dispositio* propior ad *actum* ipsum subeundum etiam plurimum contribuere possit, quando reliquæ idoneæ causæ notabili sui efficaciâ conspirant. Ex his ipsis autem ita secundum verum sui habitum allegatis circumstantiis puto facile dilucescere posse, quod *Diagnosis* hujusmodi constitutionis vix ullâ ratione institui possit, ut quantumcunque firmo, aut solùm val-

dè probabili, argumento esset locus; Cum nempe ita nullam sensibilem efficaciam exhibeat cujusquam *actionis Pulmonum* sensibiliter depravandæ compotem. Unde etiam prolixius de ea verba facere supervacuum judicamus, illud unicum solùm monentes: Cum utique magis magisque per succedentes & augescentes *ætatum* gradus alibi *sanguineis* alibi *mucidis* lentis stagnationibus copiosioribus in Pulmonibus ita perpetuò *expansis*, & *collapsu* sui legitimo veluti carentibus, verisimiliùs amplior & liberior locus patefiat; Interim etiam, maxima probabilitate, actus ille infantes ipsos perpetuò, & plurimum insuper super uno solùm, brachio portandi plurimum occasionis ad *initia* ipsa hujus alienioris conformationis & coalitus præbere possit: Quod propterea admodum consultum videatur, quoad ejus fieri potest, hanc ipsam *consuetudinem* ita passim improbandam indicare, ut inde Matresfamilias famulitio illâ tanto magis interdicere, adeoque infantes suos hac ratione ab hujusmodi accidente, quantum in ipsis est, præservare meminerint.

Diss. de Febr. Hect; Abscess. intern. comit. xxxv; p. 27.

LXXIV. *Febri latente Hectica ex Ulcere Pulmonum demortui Anatome.*

ADolescens generosus toleraverat ab ipsis pueritiæ terminis, a nono aut decimo anno ad 16. usque annum, magis magisque, licet sic satis lentis progressibus, increbescens Asthma, seu minus liberam respirationem. Comitabatur hoc tussis equidem perennis, sed neque constanter ita violenta, nec etiam excretionis quantitate aut qualitate ita comparata, ut de vero pectoris habitu satis clarum argumentum, nedum documentum, præbere potuisset: vivebat interim patiens in tali constitutione, ut quidem semper sensibilissime aliquid afflictæ valetudinis præ sese ferret, & ad varias mutationes facile, imò sic satis valde, sensilis observaretur: interim utique neque lecto sæpe aut diu sese mancipare cogeretur, nec etiam alia signa tam maximopere affectæ sanitatis exhiberet, quamdiu cum cura ab excessibus circa res non naturales sese contineret: Inter quales imprimis *intemperatiores motus corporis* aliquoties ipsum ita male affecerunt, ut exacerbata summopere illa respirandi angustia, & strangulatoriæ suffocationi proxima, funesti exitus propinquum metum

tum faceret, ſimul tamen iterum iterumque unius aut alterius diei decurſu ita miteſceret, ut, evaneſcente hoc metu, ſenſim etiam omnia ita conquiniſcerent ſymtomata, & ad tolerabilem illam valetudinis latitudinem obtingeret reditus, ubi vix magnopere valetudinariam, ut cum vulgo loquar, imbecillitatem ſemper æqualiter perſentiſceret aut exhiberet. Quin augeſcebat etiam & adoleſcebat ea menſura, ut, licet non æque vividum incrementum aſſequeretur, ſed teneriorem quàm pro parentum & ſororum modulo ſtaturam ſervaret, nequaquam tamen argui poſſet præ morbida ſanitatis oppreſſione penitus in hac parte deficere aut deſtitui, nedum ut poſitivo aliquo decremento conſpicuus fuiſſet.. Dedit autem peculiariter evidens documentum obſtinatæ illius conſervativæ vitalis energiæ, dum nivali hyberno tempore largo potu generoſi exotici vini, quod vulgo Sect appellant, temerè potitus & abuſus, præterea in frigido aëre nocturno jam tempore inter publica ejus diei ſolennia diſcurſatione multa exagitatus, in tantam oppreſſionem anhelitus, imò ſpaſticas cohibitiones, incidit, ut mox animam agere videretur, nihilominus tamen ex his ultimis anguſtiis iterum emerſit & ita ad ſe rediit, ut proximis poſt diebus non ſolùm in prædium ſuum revehi potuerit, ſed etiam ad ſolitam illam reliquam tolerantiam inde redierit. Vertente interim anno corripiebatur non ſolùm generali vehementiſſimo inſultu hujusmodi *oppreſſionis pectoris*, ſed & ſimul ſpecialiſſima *peripneumonica* acerrima ſenſatione, febrili æſtuatione & univerſa tali, qualis vulgo Pleuræ inflammationi aſſignatur, paſſione. Quia tamen familiares exiſtimabant, eſſe nihil aliud niſi uſitati ipſius affectus notam etiam ipſam exacerbationem reſuſcitatam, adeoque diu ſibi noti & rerum etiam ſuarum ſatis dextre periti Chirurgi conſilio uti ſatis ducerent; increbeſcente magis magisque vere acuti ſchematis continuo progreſſu, & veluti per paroxyſmos quosdam magis obruente, anguſtia illa ſuffocatoria octavo tandem die vivendi finem fecit. Aperto corpore inventa eſt *ſiniſtra* pectoris cavitas exquiſitè impleta ſuffarctu puris; cujus bona quidem portio ſatis mollis atque diffluens ex albo etiam flaveſcentem colorem atque conſiſtentiam exhibuit: Reliquum autem magis magisque ſpiſſam unguinoſam conſiſtentiam & ex flavo liveſcentem colorem obtulit: Reliquum tandem, imprimis autem quod fornici Thoracis, maximè omnium autem Sterno, firmiter

miter adhærebat, casei friabilis duritiem æmulans, durius certè butyro, colore è gryſæo viresſcente, multum pariter etiam ipſum erat. Educto verò hoc, inveniebatur utique adhuc Pulmonis portio primo adſpectu ſatis magna; quæ verò ſtatim puris ſuffarctu ipſa etiam turgere animadvertebatur, tanto manifeſtius cum quaſi ſtabilem ambitum formaret ſinuoſæ excavationis duplicis, è quibus major mediocris adoleſcentis, minor pueri robuſtioris, pugnum recepiſſet; Ubi ſimul Sternum hujus lateris ſub viridi illo denſo pure notabiliter adeſum & arroſum ſpectabatur (1). Talem itaque exitum habuit conſtitutio hujusmodi à longo utique tempore graſſatæ, & tamen nondum Pulmonem depaſtæ, hujusmodi corruptelæ lentæ admodum & ſucceſſivæ, cum Hectica ita leniſſimè ſub ordinariis progreſſibus complicata, ut à familiaribus magis valetudinis delicatæ vitium, quam vera Hectica, reputaretur: emicantibus interim utique acutioribus nimis quam manifeſto febrilibus exacebationibus, quoties oppreſſorius ille infarctus aſperius angeret & obſideret patientem.

Collat. vid. Diſſ. de Feb. Hect. Abſceſſ. intern. comit; XXXV. p. 27. *& de Febb. Secund; §. XVII. p.* 14.

(1) *Secto Thorace non ſolum ſiniſtri lateris Pulmonem ita* albiſſimo *leviter hinc inde* flaveſcente *&* ſubvireſcente *pure* circumfuſum *æque ac* plenum *exhibuit*, turgidum *proinde*, *ſed tamen tanto* hiatu *eliquatum*, *quantus* ovum anſerinum *caperet*, *cum* ſinuoſis cuniculis *ad hunc paſſim pertinentibus: Sed etiam* Sternum *ipſum*, *adhærente* ſpiſſa *atque* ſemiſicca Puris *hujusmodi portione inſigni*, *inſigniter arroſum: interim ſine ulla conſpicua fortioris* Inflammationis *præſentia & ullo* ſubputridi *odoris veſtigio.* Sic loquitur in *Diſſ. de Febb. Secund; §. XVII. p.* 14. ubi eandem, ſed brevius, narrat hiſtoriam.

LXXV.

LXXV. *Febris Hectica ex Abscessu Pulmonum cum diuturno & largo Materiæ lactescentis e Thorace stillicidio, eaque demortui anatome.*

VIr 33. (1) circiter annorum corripiebatur tempore autumnali tussi vehemente sicca & sonora, sine ullius materiæ rejectione; quæ subsecuto vere febrem acutam cum peripneumonicis aut pleuriticis doloribus comitem adsciscebat. Cui cum Pilulæ pectorales opiatæ frequenti usu adhibitæ essent, excreta tandem fuit per tussim multa materia, sed sine levamine: manente potiùs difficili & anxia respiratione, assumtorum ciborum veloci vomitu, corporis extenuatione, & summo virium lapsu: sub quibus tamen rebus desinente acutiore febris typo, sed remanente hectico calore & languore, orthostadiam tamen & laboriosam ecclesiastici officii administrationem qualitercunque adhuc tolerante in hyemem usque sequentem; Ubi etiam Purpura miliaris emicuit, quæ tamen vacillante inconstantia iterum iterumque, & tandem penitus, delituit. Intercedentibus paucis diebus, mane quodam Asthmate corripitur ita vehemente, ut vix hiscere liceret: simul vero cooriuntur dolores vehementes in Pectore & Abdomine, accedente etiam alvi contumaci adstrictione. Persistebant hi dolores per 12. dies noctesque. Alvus tympani more inflata ita pertinaciter restitit, ut præter interna tentamina etiam viginti Clysteres aspernata sit. Dolores interim intolerabiles, vellicationes, rosiones, & imprimis ardor exquisitissimus tanquam circa regionem Lienis, nihil intermittebant; imò grassabantur ita per universum corpus, ut nihil nisi caput liberum ab illis remaneret. Soluta tandem Succo pomorum Borsdorffianorum & temporis concursu alvi illa obstipatione, & excussis imprimis copiosis flatibus, cum subsidente ita abdomine, cessarunt etiam dolores illi acuti, remanente solum contusorio quodam seu ἑλκώδει. Evanescebat interim solito more in sinistro Pectoris latere aliàs tactui occurrens pulsatio cordis, & transferabatur in dextrum latus: sinistrum autem Pectus distendebatur extrorsum insigni protuberantia. Angustia anxia, respiratio difficillima, tussis continua, somnus, nisi hora aliqua matutina, nullus. Tale schema ad 4. annum sub incredibili patientis miseria durabat: Ubi nunquam jacere integrum erat ægro, nisi forte in

Diff. de Febr. Hect. Absceff. int. comit; xxxvi. p. 30.

in finiſtrum latus inclinato aliquamdiu corpore. Tandem oriebatur Oedematoſus tumor, qui magis magisque increbeſcens totum tandem corpus explebat. Irritis omnibus conſiliis & auxiliis, auſcultatur tandem Chirurgo perito Paracenteſin ſuadenti; qua à tergo ſuſcepta, erupit ſubſtantia lactis æmula, cujus prima vice tres libræ emiſſæ ſunt: Altero die manè quatuor libræ: veſperi & ſequentibus diebus tribus tantum per vices emiſſum eſt, ut 12. Menſuras, adeoque 24. libras, excederet. Poſt quam evacuationem cum indies non ſolùm reſpirationis, ſed etiam reliqui corporis motus, iterum magis magisque compos fieret æger, quoties corpus concuteret, audiebatur ſtrepitus quidam in hac cavitate Pectoris ſimilis agitationi lintei madidi per aliquot ſeptimanas. Continuabatur non ſolum eductio materiæ, ſed etiam injectio liquorum vulnerariorum, multo tempore; primò non ſine variis doloribus foraminis inciſionis: quod tamen magis magisque occalleſcebat, ut poſt trium annorum decurſum ceu cartilagineam duritiem æmularetur. Continuabat interim & per hos & ulterius ſubſecutos annos quotidianus effluxus ejusmodi materiæ lacteſcentis communiſſimè ita, ut ſingulis 24. horis quantitas circiter VI. unciarum (2) emitteretur. Cæterum continuavit hanc conſtitutionem, rectè numerando, ad quatuordecim a primo initio annos. Et poſtea quàm liber effluxus materiæ, etiam cum ſymtomatibus à foramine illo intercoſtali adhuc crudiore ceſſantibus, commodius proceſſit, ita ad ſe reverſus eſt æger, ut etiam muneri ſuo Eccleſiaſtico, operoſiori quoque, benè ſatisfaceret; ita tamen, ut conſtanter affectum eſſe totum valetudinis robur imbecillitas virium, languores promti, color pallidus & varius, corporis macies, tuſſis fre-

(1) (2) Annos 43. & Uncias 12. *numerat Cl. D. D. Joh. Dan. Gobl.* in *Act. Med. Berol. Decad.* 1. *Volum. III. n.* 1. *pag.* 1. & 20. hanc ſcilicet noſtram Hiſtoriam fuſius multo enarrans, & *n.* 2. Sectionem demortui & per illam inventa deſcribens, ubi cum a *Domini Leidenfroſt. Diſſ. de rariſſimo Affectu perpetui Succi nutritii e Thorace ſtillicidii* abiiſſet, *in Biblioth. Hall. noviſſ; Volum. III. Sect. I.* perſtringebatur, cui Cenſuræ *Decad. I. Volum. V. n.* 1. reſpondit; ſed nec ſic acquieſcente Domino Adverſario, ſed denuo in *Bibliotbea ejusdem Sect. XI. & ultima* litem reiterante, Duplica in *Volum. IX. n.* 8. totam controverſiam finivit, nihil ad ulte-

frequens & varia, familiarius tamen brevis & ſicca, neceſſitas tenuis & ſimplicis victus, &c. ſatis teſtarentur. Quamvis autem miræ ſpeculationes circa hujus affectus indolem obortæ ſint, & ante omnia Empyemati omne jus circa eundem abjudicatum: poſtquam tamen mortuus tandem patiens Sectionis ſcrutinio ſubjectus eſt, patuit oculis abſumtio totius in hoc latere pectoris quærendi Pulmonis ad exiguum uſque quiddam reſiduum: collecto etiam ex ultimo, licet brevitatis, exaſperationis effectu, decubitu copioſiore, vero pure.

Tantò magis autem adhibenda ſemper eſt prudentia decens & omnibus modis circumſpectiſſima in ferendo judicio de caſibus ita *implicitis*, ut reverà valde *inſolitum* atque *rarum* aliquid præ ſeſe ferant; & per circumſtantias vel nondum ſatis penſitatas & plene perveſtigatas, vel aliquid manifeſtius intricati offerentes, indubiæ determinationi citra temerarii auſus notam nullum locum concedant. Quamvis enim eò hodiernis perditis moribus negotium reciderit, ut minimè deſint aut ignoti ſint, quos nihil quidquam pudeat monſtra opinionum potius in medium proſtituiſſe quam ſtatuiſſe: Eſt tamen alia ratio, honeſtatem etiam ita reſpiciens, ut ſine hujus amiſſione negligi non poſſit, quando per pœnitenda, cruda, & perverſa de talibus rebus judicia etiam meliorum bona exiſtimatio & integritas ita ſuggillantur atque ſupplantantur, ut nemo cordatus atque probus arbiter dubitatione ſeu juſtiſſima ſuſpicione animum exuere poſſit, quod tam adverſus omnem probabiliſſimam rationem *à priori*, quam poſthac manifeſtò repertam experientiam *à poſteriori*, vibratæ monſtroſæ contradictiones malas artes & detractorias intentiones pro ſolido fundamento habeant.

loc. cit. xxxiv. p. 27.

LXXVI. *Febri lenta Hectica ex Abſceſſu Pulmonis medii demortuus* PRINCEPS SERENISSIMVS, *ejusque anatome.*

Diff. de Feb. Hect. Abſceſſ. int. comit. xxxvii. 32

SERENISSIMVS PRINCEPS JUVENTVTIS, tenerioris adhuc ætatis, nempe IX. nuper expleto anno, vixerat à prima ſtatim infantia, imò in

ulterius ſibi regerenda ſe reſponſurum indicans. Subjectum autem hujus Hiſtoriæ *B. D. D. Liebtſcheid; Conſil. Reg. Conſiſt; & Præpoſit. Colon;* fuiſſe indicatur *in ſupra cit. Act. Med. Berol. Decad. I. Volum. III. n. 2. p. 26.*

in illa ipſa, valetudine ſemper multis modis afflicta. Non deficiente ſolùm qualicunque corporis robore, ſed etiam manifeſtis variis atque vagis inquietudinibus, phlogoſibus, ardoribus, catarrhalibus phænomenis, continuâ ſerie obſeſſus. Inter quas res imprimis conſpicuum fuerat, quod *totum ſiniſtrum latus, tam pectoris quam abdominis, illud compreſſum hoc veluti vacuum compareret, in dextrum latus quaſi tota translata & impacta contentorum quantitate.* Sub his rebus maximè ſollicita obſervatione rerum non naturalium ſuccreſcebat tamen, ut ut languidè: erat etiam conſiſtentia corporis marcida atque flaccida, nihil pene rectè firmi atque denſi exhibens: color pallidus communiter, aut certe plurimum evanidus: Catarrhales & rhevmaticæ moleſtiæ familiariſſimæ: Ciborum, niſi molliorum, manifeſta dyſphoria: Tuſſis familiariſſima: alvus uſitato ſegnior & ſiccior, binis aut ternis diebus exſpectanda. Sub tali conſtitutione cum jam ſextum annum attigiſſet, per pavimentum inæquale pluſculos greſſus ſine manuductione proſequi difficile. Septimo anno morbillos cum multa debilitate & ambiguo ſucceſſu tandem tamen ſuperavit, remanente interim ſatis longa imbecillitate. Mutato tandem per initium octavi anni loco & aëre, viſus eſt pulchrè vires colligere, & vixit per annum circiter commodius quam antehac: niſi quod habitualis quaſi propenſio ad rheumatico-catarrhales inſultus frequentem medicationem poſtulare reputaretur. Sub anni illius initia corripiebatur variolis; ſub quarum plena eruptione uſque ad ſeptimum erat quidem ſatis debilis, inquietus, appetitus & ſomnus etiam ſatis exigui: quia tamen & exibant & ſuccedebant quantumlibet etiam copioſæ, ſatis tranquillæ tamen, ipſæ puſtulæ, ſervabatur medicatio placidiſſima, &, quantum fieri poterat, moderatiſſima: ſuccedebat tamen maturatio penitus ad votum, ſub qua magis magisque miteſcebant pathemata omnia: rumpebantur puſtulæ, ſiccabantur, decidebant. Appetitus, ſomnus, vires, alacritas redibant præſentiſſimis ſucceſſibus: Sequebatur talis ſanitatis integritas, *cui nulla par præceſſerat.* Videbatur, imò ſentiebatur, imprimis in longitudinem, probè ſuccreſcere; quin etiam habitu ipſo conſpicuo augeſcere. Color erat quidem tanquam ad antiquum modulum palleſcens; ſed oſtendebat magis magisque firmam ſpem conſtantioris emendationis: imprimis quando motui corporis aliquantùm indulgeret. Tuſſis, quæ inde ab infantia & frequentiſſimum & ſæpe numero vehemen-

hementiſſimum ſymptoma exhibuerat, poſt variolas tam rara atque levis obſervata fuerat, ut integri anni decurſu vix duabus vicibus per duos, tres, dies tantum negotii faceſſere ſentiretur, ut in liberum aërem progredi minùs conſultum videretur, ſervato interim uſitato conſuetarum ſuarum diurnarum exercitationum tenore atque proſecutione alacri. Reliquum autem hunc univerſum annum, uti dictum, exegit tantæ univerſæ ſuæ valetudinis alacritate & conſtantia, cui vix parem, *nunquam autem majorem*, toto vitæ ſuæ decurſu oſtenderat. Quatuor autem circiter ſeptimanis ante plenum circuitum integri anni à tempore variolarum ſuperatarum notabatur Tuſſis quædam, crebrior aliquantò, ſed tamen ſatis moderata: conſtanter autem ita vacua, ut nullam humiditatis excretionem comitem oſtenderet; Quamlibet coryza, verius autem gravedo, concurrere ſentiretur. Erat tempus hybernum, proxime feſtum Adventus Domini; conſpirabat tempeſtas, & quidem humido-frigida magis quam rigidior ſicca. Non ſentiebatur inſuper ullum detrimentum reliquum uſitatæ alioquin conſtitutionis: conſtante ſibi ſine alteratione appetitu, ſomno, corporiſque viribus ſine ullo languore, animi jugi alacritate. Subindicabat equidem aliquoties Sereniſſimus Patiens ſenſum alicujus doloris; ſemel etiam aut iterum compunctionis cujusdam: ſed infra infimas coſtas nothas, in regione ilium, in der weichen Seite, zu höchſt unter den kurtzen Rippen; ſed erat hujus ſenſus & mentio ita rara & commemoratio ita veluti tranſitoria, ut etiam ſuſpicio eſſet pulicis morſum in culpa eſſe: Quamobrem etiam ne quidem indicandum aliquid de his phænomenis Medico neceſſarium apparebat, cum nulla querimonia effatu quaſi digna uſquam occurreret. Poſt quatuor, aut paulo amplius, ſeptimanas, nempe prima hora poſt mediam noctem natalis Domini inſtantis, evigilat e ſomno Sereniſſimus Patiens cum quiritatione ſtatim anxia de dolore in aliàs indicato loco nunc exquiſitè urgente: Quin augeſcit querimonia ad ejulatum penitùs inſolitum: imò ultimò ad exclamationes anxias cum jactationibus corporis inquietiſſimis. Durat hæc vehementia ad ortum propemodum diei, ubi leviter interquieſcere & obdormiſcere ad dimidiam horam obtingebat. Poſtquam etiam evigilaret, videbantur ita ſedata omnia, ut de templi viſitatione mentionem faceret; &, quamvis minùs ſecurè hoc audere licere monentibus conſentiret, proponebat tamen animo verſus meridiem ſurgere,

& prandio assidere. Postquam autem hâc intentione lectum relinquens indui occiperet, recrudescebat denuò immanis dolor, & exercebat vim suam per duas circiter horas: quarum exitu demum mitescebat, & externis internisque Discutientibus tanto magis obsequebatur cum etiam largus sudor non solùm erumperet, sed etiam moderato quidem, sed tamen constanti, successu totum illum diem atque noctem prosequeretur. Quemadmodum autem statim à primo insultu æstus acutus & sitis admodum urgens mox concurrere cœperant, ita manebant hæc utraque, remisso licet magis magisque dolore, cui etiam sociabatur somni defectus. Proximo die propemodum omnis perceptio doloris evanuerat; Tertio verò etiam mentio, quin recordatio, doloris desierat adeo, ut etiam vividiorem externum contactum (qui sub jactabunda inquietudine diu eundem situm servandi subsidiaria ope sæpius adhibendus erat,) quem pridie, licet remisso spontaneo sensu, tamen adhuc reformidabat, nunc non amplius aversaretur. Tussis autem toto hoc tempore neque tam perfrequens erat, nec ita sæpe notabiliter vehemens: sed ut plurimum brevis solum & pauca: perpetuo verò, sine ulla exceptione, ita absolutè inanis atque sicca, ut vix unquam quidquam tussi potius è pectore, quàm screatu ex infundibulo, prodiret, quod tamen & ipsum vix obtingebat. Cum universus dolor non solum, sed ipsa quoque memoria ejus, a quarto die desiiisset; continuabat quidem adhuc calor acutior, sitis, & somni impotentia ad septimum usque, (ubi etiam prope in horam periodi invasionis Novilunium incidebat,) minimè tamen exactè pari gradu uti primis duobus aut tribus diebus. Post hos autem dies, porrò per succedentes adhuc plus septem septimanas, erat Calor adeo moderatus, sed utique continuus, ut Serenissimus Patiens verbo de illo vix unquam quereretur; sed solum arctiorem cooperturam molestius ferret, & inquietius, situm sæpe mutando, eundem decubitum admodum diu toleraret. *Sitis* interim pariter vix excedebat consuetam sub sanitate mensuram. *Tussis* remittebat adeo, ut nunquam, nisi forte aliquandò per quadrantem horæ, frequens aut vehemens perciperetur, longe plurimùm autem admodum raro brevis & indesinenter sicca maneret. *Somnus* etiam redibat de tempore in tempus longior, quantumcunque etiam interruptus, & brevium sigillatim durationum; erat tamen ita veluti profundus, ut etiam claram collocutionem assistentium nihil unquam moraretur: imò potius sub tali aut præ-

prælectionibus clarâ voce factis placidissimè obreperet, & aliquamdiu continuaret. *Dolor* constantissime ita aberat, ut toto corpore ne vestigium unquam repullularet. Imò, quod ut ex post facto admirationem meretur, *decubitus in utrumque latus* erat indifferens; *Respiratio*, licet constanter aliquanto brevior, tamen & alias indesinenter liberrima, & nullum unquam vel minimum signum aut indicium ullius in pectore obstaculi subministrans. Ea verò, quæ jugiter persistebant, erant primò caloris perpetuus gradus sensibiliter major quam S. n; Et constans propemodum etiam ejus aliqua satis sensibilis exacerbatio versus, aut post, occasum Solis: quæ per duas, tres, quatuor horas sentiebatur. Secundò inquietudo jactabunda, & anxia quædam dysphoria diu eundem decubitum servandi: quæ nempe res longe plurimum etiam fovebat, imò inducebat, interrumpendo perpetuò longioris somni continuitatem. Tertiò appetitus constantissima dejectio. Tandem quartò non solùm virium corporis enervatio, sed maximè quoque habitus corporis talis extenuatio, quæ tandem summum gradum attingebat, ut major fieri vix posset. De exacerbatione verò illa quotidiana caloris per certas horas erat illud omninò notatu maxime dignum, quod per primos dies, imò septimanas adhuc priores, secum proferret *peculiarem* quendam eximium *ruborem* ita singularem, ut à medio genarum facto parvo, valde tamen luculento, initio magis magisque brevibus successibus dilataretur, donec a nummuli ad Thaleri latioris amplitudinem in pallidiore reliqua facie extenderetur; deinde verò remisso admodum gradu & magis magisque evanido per totam faciem distributus veluti dispareret. Circa hunc *Ruborem* notandæ veniunt ulteriores circumstantiæ sequentes: Cum hujus ruboris apparitio, tanquam *solitum* imprimis *Symptomata pectoralium affectuum*, *phthisicorm abscessuum*, Medici accuratius hoc phænomenon animadvertentis mentem afficeret, ejusque rei mentio fieret erga assistentes Serenissimo Patienti ministros, Matrona, quæ huic à cunis ministrare solita erat, affirmavit esse hunc talem ruborem phænomenon, quod toties evenerit a prima ætate, quoties ad decubitum usque ægrotasset. Præterea confirmabant, qui præcipuam Serenissimi Principis curam habebant, quod etiam quælibet invasiones sensibiliorum ad decubitum usque, aut proximè, morborum, quoties evenissent, ita certò a facie insolito rubore initium sumere

mere consueverint, ut, quoties ruborem talem insignem conspiciendum obtulerit, toties tanquam signo certo impendentem ægritudinem aliquam, quæ ad decumbendum adegerit, (zu einer lagerhafften Kranckheit,) his initiis insistentem secutam, atque inde etiam secuturam, sciverint & commeminerint. Cum autem hoc schemate decurrisset per octo propemodum septimanas hic decubitus ad summam usque extenuationem corporis, & omnem vitæ spem evanescentem; dimidia hora ante tranquillissimam ultimam expirationem intervenit adhuc scriptum judicium, asserens quod SERENISSIMI PATIENTIS affectus, scriptoris judicio, *non sit Febris hectica*, sed *Atrophia* pendens ab obstructione *Glandularum Mesaraicarum*. Assertio non proferebatur sub aliqua conditione, nempe fortè, quantum fando inaudiverit, aut e relatione historiæ morbi alicunde accepta colligere liceret: sed addita potius erat absolutè pronunciandi ratio, quod Scriptor totam indolem SERENISSIMI PATIENTIS optimè cognitam haberet. Cum autem, uti dictum, mediâ postea horâ beatè exspiraret patiens Serenissimus, & postera die ante meridiem inspectio & scrutinium cadaveris institueretur, reperta ea sunt, quæ sequuntur: In abdomine adeo nulla, & ante omnia omnium *Glandularum* & partium *Mesaraicarum* vel minima, labes, ut in momento evanescerent omnes præfigurationes ex ejusmodi præjudicio fortè pullulantes. In ipso tamen sinistro hypochondrio in proprio locô atque sede doloris illius, qui ultimi decubitus illius initia fecerat, inveniebatur Lien, licet solito aliquanto auctior appareret, reliquis tamen sensibilibus conditionibus nihil usquam præter naturam affectus; interim tamen tam Diaphragmati quàm Peritonæo proximo valde firmiter per membranaceas fibras concretus. Cum autem propter hanc ipsam constitutionem solis digitis apprehensus ad lenem avulsionem tentaretur, loco leviter membranosæ hujus texturæ colligantis fatiscebat mox ipsum *Diaphragma*, & prorumpebat portio spissi virescentis puris: Aperiebatur itaque potius hoc *Pectoris* latus; E quo vero statim scaturiebat pus, ut pote quo totum impletum erat crasso maximam partem, & ita spisso, ut de cochleari, quo exhauriebatur, nihil diffIueret, sed mediocris pultis modo bene convexam plenitudinem formaret. Evacuabatur itaque tota cavitas, nullo alius cujusquam contenti vestigio, nisi quod ad cartilagines supremarum costarum frustulum penitus exaridi adeoque indurati Pulmonis adhæresceret

calami

calami anserini crassitie, latitudine vero atque longitudine sesquipollicis. Postquam autem maxime spissum circa superficiem cavitatis plus extersum & denique elutriatum esset, apparebat constitutio certe multis respectibus rara: Vasa enim, quæ alias per substantiam Pulmonis distribui solent, arteriosa & venosa, majora nempe, (& hic quidem maxime talia, utpote etiam) præter omnem proportionem naturalem tam longitudine quam amplitudine aucta, mox a sinistro Cordis ventriculo juxta spinam Dorsi per totam concavitatem Pectoris in hoc latus i. e. a capitibus Costarum usque ad Mediastinum per illarum arcuatum fornicem, cui innumeris locis firmiter accreverant, protendebantur atque diffundebantur, & subtexebant adeo universam hanc superficiem quasi reticulari distributione, numerosissimis ramificationibus sibi mutuo incumbentibus. Purulentæ vero ante dictæ illius materiæ etiam color parcissime hinc inde albicabat, & rara vestigia cruenti ruboris offerebat: Maxima vero pars e livido virescens obsoletam quandam flavedinem referebat. Odor erat olidus & acris, fœtori potius affinis quam simpliciter accensendus. Dextrum autem Pulmonis corpus nihil exhibebat a naturali debita constitutione effatu dignam aliquam declinationem designans.

Meretur autem certe illa peculiaris constitutio in hoc casu *vasorum* sanguiferorum ad sinistri lateris Pulmones pertinentium talis, uti reperta est, constitutio tam secundum *proprium* suum habitum, quam *duas* vere e diametro inter se *diffidentes* opiniones, expendi. *In se* spectata offert 1) *Magnitudinem* numerosissimis ramis divaricatorum horum *vasorum*, quæ naturalem illorum *proportionem* plurimum superabat, & quidem tam *longitudine* quam *amplitudine*: *Longitudine* a sinistro cordis Ventriculo juxta Spinam dorsi per totum arcuatum fornicem cavitatis, quem Costæ efformant & sustentant, usque ad *Mediastinum*, seu medium Sterni, procedendo. Ubi itaque talis *longitudo* accedens proportioni *semi-circuli* ad *semi-diametrum*, aut ad summum proxime totum *diametrum*, (quod tamen in statu atque situ Pulmonum naturali longe propius *priori quam posteriori diametri* mensuræ accedit,) longe utique superat consuetam proportionem. *Amplitudine* vero simul ita ad nudum adspectum excedebant hæc vasa *ordinariam* capacitatem, ut, cum & alias, & quam maxime in tali *ætate*, pulmonalia vasa utriusque generis in divaricationibus suis

mox

mox eximia decrementa *capacitatis* suæ ostendant; hoc loco etiam minimæ extremitates, & ad ipsum usque Mediastinum exporrectæ, æquarent calamum pennæ alaris majoris ad minimum (Schwing-Feder) columbinæ. 2) Erant omnes atque singulæ hæ venæ & arteriæ, minimæ æque atque maximæ, internæ huic superficiei ita singulari industria, innumeris quidem locis, nusquam vero jugiter & continuo tractu, *affixæ*, ut equidem longe maxima parte *suspensæ* solum essent, nempe a nexu omni liberæ; minime vero penitus undiquaque annexæ. Ex hac constitutione directe quidem satis putamus colligi atque dilucescere posse, quod hæc *affixio* æque atque *expansio* non potuerit esse negotium *brevis* atque *festinati* successus; Et minime omnium sub *corruptione* cito *invalescente* purulenta latifundii pulmonum tam *sepositionem* talem nancisci, quam ita ordinatam dispositionem seu distributionem adhuc adsequi, aptum. Dum utique nemo humana ratione utens in mentem admiserit, quod sub temerarie grassante *colliquatione* & *erosione* non solum *tenerrimæ* membranaceæ substantiæ *vesiculosæ*, sed etiam *crassioris bronchiorum* pulmonalium firmitatis, potissima pars *vasorum* ex illo tabo atque sanie non solum salvari, sed etiam ita ad *extremum ambitum continentis fornicis evadere* & *diffugere* potuerint: & insuper, dum reliqua structura *impetu* aliquo disperditur, in media hac strage atque labe hæc, magna etiam, portio pari festinatione & certe *impetu* quodam, insolitæ plane *structuræ* ratione, alio dirigi, distribui, & *structuræ* atque *consolidationis* quadam ratione accrescere, annecti, affigi potuerit. Cum longe non probabilius solum, sed veluti evidentius, plane sit, quod *accretio* hujusmodi tam prima sua *initia* cœperit ab illa veluti a cunis ipsis conspicua insigni *depressione* & *arcta* capacitate hujus *lateris* Pectoris: quod ipsum ita Pulmones longe plenius quam oppositum spatiosius explendo primo per *superficiem* multiplices tales *affixiones* subiverint, etiam *vasorum* utique variis arcuatis plexibus per superficiem propemodum Pulmonis divaricatorum: quales *affixiones*, *lentissima* per longum tempus reliquæ substantiæ Pulmonis absumtione colliquatoria secuta, etiam conjugati & continui plures, imo numerosi, horum vasorum *rami* ita secuti sint, ut tandem hanc constitutionem assequerentur, quæ in corpore hoc denique inventa est. Cui tamen rei (tam *accretioni*, inquam, illi quam *extensioni*) utique tam *lentissimus* successus ratione temporis, quam cres-

centibus

centibus annis etiam in liberiorem capacitatem sensim restituta rotunditas hujus lateris pectoris, sociam operam præstiterunt. *Amplitudo* vero tanta omnium in proportione horum vasorum *longitudini* ipsi sociata quid aliud veluti eloquitur, nisi quod, uti *longitudo* angustæ adhuc cavitati primo *affixa* & *subtexta* cum incremento totius de anno in annum aucto insensibilibus augmentis simul *distenta* atque *elongata* sit: Ita etiam *amplitudo* æque cavitatis atque maxime conspicua *firmitudo*, (membranaceæ texturæ omnium horum vasorum, a maximis, ad ipsa usque minima,) effectus certe sit non solum *citatis* successibus, sed quam maxime inter infarctum copiosissimæ redundantis *saniei*, nulla fide tribuendus aut vindicandus. Adeo ut utrumque hoc productum alii energiæ, nisi *diuturnis* & sub *lenissima* atque *languidissima* corruptionis continuatione satis tranquillis atque placidis successibus *structorio-refectivis*, ad rationis consonam verisimilitudinem nunquam vindicari possit: Tali vero, quem declaravimus processui exquisite quadret. Differentium autem illarum, quarum mentionem injecimus, Opinionum de hac constitutione altera adeo permota est a verisimilitudine *diutissima* & *una cum corpore adulta* hujus *expansionis* in *longum* & *latum*, & ita *ordinata* satis *distributionis* atque *affixionis* seu *accretionis*, ut etiam satis verisimile reputaret, quod in hoc latere cavitatis Thoracis *nunquam ullus Pulmo formatus aut natus* præsto fuerit: Quanquam autem hæc speculatio a moderatissimo & notissimæ prudentiæ animo profluxit; tamen, cum eidem ignota sit experientia, inprimis ex historia Praxeos comprehendendæ vigilantiæ atque efficaciæ naturæ sospitatricis, & lentis amissionibus, quoad fieri potest, *successiva* præsidia, aut sane *subsidia*, *substituentis*, quæ *restituere* non plane licet: Non æque proinde subsistere illa potest cum *duobus* illis manifestis phœnomenis: *Primo*, quod utique *frustulum* aliquod *veri Pulmonis*, licet siccum & plane densatum, (& quidem, quod pro ante dictorum illustratione notari debet, *superficiei interna pectoris* firmiter *concretum*,) præsto adhuc fuerit: *Secundo*, quod utique *pus* illud, cujus tanta inventa est quantitas, nec unde alias prognasci potuisset, nisi a *successiva consumtione* Pulmonis: Cum nullum usquam aliud vestigium alicujus, nedum tanti, *abscessus* comparuerit; nec etiam ulla substantia tali affectui aut effectui opportuna, nedum par, in tota hac cavitate hospitari soleat. Nedum quod ad tantæ quantitatis abscessionem in qua-

cunque alia parte aut loco hujus cavitatis citatis succeſſibus ſuſcitandam omnia nimio vehementiora præcedere & concurrere debuiſſent, quam in toto hoc caſu quidquam comparuit. Altera vero ſpeculatio, tota huic oppoſita, in illam credulitatem inducere tentavit, ac ſi hæc, *ſani* nempe eousque, Pulmonis *corruptio* ortum ſuum duxiſſet a *reliquiis* ex ipſa *variolarum* infectione reſiduis relictis. Quanquam autem ratio humana nunquam hoc conciliaverit cum veris circumſtantiis jam ante latius deductis: 1) Toto anno poſt variolas nullius usquam perceptæ effatu vel minimum dignæ alterationis, nedum labis, circa reſpirationem, tuſſim, aut inſolitam quamcunque aliquam ſenſationem in pectore; imo 2) abſolute notorium ſit, quod & horum intuitu & tota reliqua ſanitatis ſyntaxi nunquam majora omnia indicia æque atque conſectaria, (ſenſibilioris licet inde a primis cunis,) tamen de reliquo probatæ, ſanitatis ante variolas exhibuerit, quam continuo hoc anno poſt easdem: 3) *Invaſio graviſſime morbida* Sereniſſ. Principi circa hunc articulum exquiſitiorem *brumalem jam per aliquot annos*, tanquam *ſtabili atque ordinaria reverſione*, evenire & oboriri adſueverit: 4) *Dolor* etiam, a quo ultimus hic decubitus exordium ſuum ſumpſit, perceptus ſit non in *pectore;* ſed etiam cum *latitudine*, totius manus indicio toties deſignata, *infra ultimam coſtam* notham, & ita in regione *ilium*, ut magis *poſticam* thoracis quam *anticam pectoris* partem reſpectaret: 5) Nec usquam *lancinatorius* aut ad pulſus rythmum *punctorius* fuerit: Neque 6) duodecim horarum ſpatium *duratione* ſua exceſſerit: 7) Nec etiam *Tuſſis*, quamquam jam a quatuor circiter ſeptimanis perciperetur, ſub hac tamen ipſa etiam exacerbatione ullum memoratu dignum *frequentiæ, magnitudinis, conſtantis diuturnitatis*, incrementum ſumpſerit: 8) quin etiam tam *dolor* ille ipſe, quam quantuscunque illum adhuc comitans gradus *tuſſis*, quin imo ipſe gradus *caloris* febrilis, intra *quartum* diem, (eo ordine, uti hic recenſentur,) gradum ſui ita partim *amitterent* plane, partim *remitterent*, & in magnum & conſtantem lentorem, ſeu remiſſam velut inertiam, ſtatim tranſirent. 9) Ullius etiam unius *evacuationis* vel minimæ miculæ, cujuscunque *corruptela*, aut ſolum a colore ſuſpectæ materiæ, quin vel leviſſimæ *humiditatis*, (ut ex pulmonibus, quantumcunque integritatis adhuc ſervantibus,) ab ipſo initio ad finem totius hujus decubitus, (quod planiſſima locutione ſine ulla umbra Rhetorica commemoramus,)

mus,) ita nunquam, ut ne ſemel quidem prodierit: 10) Poſt hæc omnia vero nulla humana ratio, unquam agnoſcere potuerit, quod reperta in hoc corpore *diſtributio* illa, *elongatio*, *extenſio*, firmæ atque *denſa textura* ad modo dictas res *proportionata conſtructio* ſive intra tam *brevis temporis* decurſum in effectum deduci potuerit; Vel etiam 11) inter *præcipites ſucceſſus* confuſæ *corruptionis* tam ſubſtantiæ pulmonum quam innumerarum, minorum atque minimarum, ramificationum. 12) Et quomodo tandem nec minor ab initio nec ullo modo major in decurſu comparuerit impeditio *reſpirationis*: 13) quod in progreſſu, usque ad univerſam amiſſionem medietatis totius pulmonis, impoſſibile certe eſſet factu. Hæc talia, inquam, in contrarium documenta licet quilibet facile ipſe collegerit & agnoverit, tamen fruſtra erit, ſi illis & ullam ſpeciem veritatis habentibus quibuscunque documentis adverſam illam opinionem in viam reducere ſperaret. Cum fundamentum hujusmodi ſuggeſtionis ab ea immutabili indole proficiſci notiſſimum ſit mihi, de qua Salvator ait, Verbum omnis veritatis, (Joh. VIII, 44.) quod ille fons talium ſuggeſtionum talia agendo atque loquendo loquatur e ſuis propriis (ἐκ τῶν ἰδίων), quæ judicio atque vindiciis unicæ æternæ veritatis committenda memoriter ſcio, & hoc merito etiam ago. Qui tamen per imperitiam & minorem habitum ſatis prompte atque circumſpecte colligendi atque concludendi facultate non pollent, ii ſibi commendatiſſimum habebunt, in rebus inſignis momenti ab omni tanquam deciſiva ſententia proferenda abſtinere: priusquam & funditus cognitas habeant omnes circumſtantias, & ſolertiſſime illas perpenderint: Ne erubeſcere deinde neceſſe habeant, quando meliora edocti pro toto ſuo decreto illud unum declarare adactos ſe viderint, *non ſciveram, non putaram.* Aſt tanto magis: *Injuſtum quicunque ſciens facit, is malus eſt Vir.*

Cum *Hiſtoria Sectionis Sereniſſimæ B. hujus Principis matri*,, *transmiſſa* aliquas hiſtoriæ huic lucem affundentes circumſtantias,, comprehendat, in nucleo ſimul exhibens prolixius illinc recenſita,,, eam hic ſubjungere nulli dubitavimus:,,

Demnach es dem allmächtigen GOtt gefallen, nach ſeinem unerforſchlichen Rath und heiligen Willen den Tit. Tit. Durchlauchtigſten Printzen von Sachſen-Zeitz nach ſieben-wochentlicher Unpäßlichkeit eines ſtarcken hectiſchen Fiebers, ohne recht offenbahre und indubitable Zeichen, auf was

vor einer innerlichen Læsion sich solche Kranckheit eigentlich gründe, endlich, als gestrigen 17. Febr. in der Nacht ein viertel nach 10. Uhr/ von dieser Welt durch eine allersanffteste Entbindung seelig abzufordern; Ihro Königl. Hoheit, die Durchlauchtigste Frau Mutter, aber auf solchen schon vor Augen geschwebten Fall gnädigsten Befehl ertheilet/durch gebührliche Section von innerlicher Beschaffenheit der Viscerum des nunmehro Hochseel. Printzens genauere Kundschafft durch den Augenschein einzuziehen; Deme aus unterthänigster Folge auch diesen heutigen Vormittag solche gebührend verrichtet worden/ und die dabey entdeckte Umstände so wohl zuförderst gebührend zu referiren die unterthänigste Schuldigkeit erfordert, als auch solche zu mehrerer notice zu kommen sonderbar meritiren. Als sind selbige hiedurch in folgenden Umständen zu vernehmen:

Als der Unterleib gebührend eröffnet worden, erschiene an denen darinnen enthaltenen Visceribus nirgends kein sichtbarlicher Fehl oder Schade zu beobachten, ausser daß das Miltz vor dieses Leibes Proportion mercklich grösser als gewöhnlich erschiene, jedoch an Farbe so wohl als schmeidiger Consistenz nichts unnatürliches zeigte; weil aber die Klage des hefftigen Schmertzens, womit dieses Lager sich angefangen, ausdrücklich an dem Orte wo das Miltz gelegen, beständig mit Fingern gezeiget worden, in solchem egard D. Stahl genauer um solche Gegend, wiewohl ohne Instrument, sondirte, und dieser halben die Höhlung solches Orts etwas gedehnet wurde, äusserte sich alsbald eine kleine und leichte Eröffnung des gantz dünn und mürben Diaphragmatis an solchem Orte, woraus viel dickes grünlichtes pus hervor drang. Weswegen man denn die Eröfnung auch der Brust beschleuniget, bey Lüfftung aber derer lincken Theils stracks eine solche Quantität dergleichen Materie zum Vorschein kam, daß solche gantze Capacität davon erfüllet befunden wurde; Wie denn hieraus wenigstens 2. Pfund dicker, meist grün, bleyfarb, und fahlen Materie evacuiret wurde, welche auch sehr starcken Geruch von sich gab. Nach deren Eduction erschiene von der gantzen in solcher Cavität sonst gehörigen Portion der Lunge nicht das geringste Vestigium, ausser einem zwey Daumen breit und etwa gleich so langen, aber gantz hart und schwartz blauen/Stückgen eines Feders Kiels dicke, welches an den zwey obersten Rippen und halb am Osse sterni fest angewachsen hieng, als aber die gantze Cavität reine eluiret worden, kamen die sonst per substantiam Pulmonum vertheilte grosse Vasa sanguifera durch eine wunderliche Vertheilung an die Pleuram vielfältig angeheftet zu Gesichte, dergestalt daß sie a regione Spinæ dorsi usque ad locum mammillæ wie ein

Netz

Netz von meisten grossen Vasibus ausgebreitet und angeheftet stunden. Am Sterno selbsten aber war nicht allein die Pleura an dieser Seite, sondern auch selbsten interior facies musculorum intercostalium, erodiret, und mit grünen dicken und ziemlich erharteten pure besetzet. Sonderlich aber hatte sich an dem loco Diaphragmatis, wo es denen costis nothis juxta & versus Spinam dorsi am nechsten stehet, in confinio posticæ partis Lienis eine solche Distensio und Sackung ereignet, worinnen die oben ermeldete Collectio puris ihre Subsistenz genommen, und am allerwahrscheinlichsten eben den ersten Ansatz dieses letzten Lagers und damit ereigneten schnellen und hefftigen Schmertzens formiret. Ubrigens war das Pericardium eines sehr starcken Strohhalms dicke, sehr feste und fibros, mit einem sehr gelben Wasser wohl zu 4. ℥ gantz angefüllt; Die Vasa Coronaria Cordis mit dichter Fettigkeit gantz umkleidet und häuffig, wiewohl räumig, mit dem Pericardio connectirt. Die rechte Seite der Lunge war zwar ziemlich schwärtzlicht blau, hatte auch ein Steinlein über Hanff Korns Grösse in sich, mit einem Erbsgrossen nodulo umfangen, sonst aber, ut in præsens, ohne dringenden Mangel. Wiewohl auch beede Renes erlüfftet, und der lincke, weil er etwas groß und danckel von Farbe geschienen, dissecirct worden, ist jedoch nichts weiter bedenckliches daran zu finden gewesen.

Wie nun jetzt beschriebener Section und Inspection auf geziemendes Ersuchen der pl. Tit. Königl. Preussischer würcklich geheimbder Rath und Præsident im Hertzogthum Magdeburg, Herr Baron von Danckelmann, auch der Tit. Königl. Preussisch- und Hochfürstl. Sachsen-Zeitzischer geheimbder Rath, Herr Thomasius, persöhnlich beygewohnet, und solches alles in genauen Augenschein genommen, als ist von denenselben sowohl auch übrigen mit zugegen gewesenen gegenwärtige darüber abgefaßte genaue Relation allerseits recognoscirt und mit eigenhändiger Subscription bestättiget worden. So geschehen Halle den 18. Febr. 1710.

 B. IOH.

B. JOH. LUDOV. APINI COLLECTANEA *DE* FEBRIBUS *PRÆCIPUE* INTERMITTENTIBUS. (1)

Secundum *Sylvium*, *Ettmüllerum*, & plerosque fundantur *Febres* in diversa Sanguinis *Cacochymia*, vitio scilicet primarum Digestionum redundante in ipsum Sanguinem, & consequenter illius *Crasin*, mox quoque *Fermentationem*, lædente, cui sententiæ favet insigniter Experimentum in *Ephem. Nat. Cur. Dec. II. Ann. VIII. p. 9.* notatum, quod nimirum *Sanguis Febricitantium multo minorem copiam prabeat Salis volatilis, quam Sanguis Sanorum.* Et videtur præcaveri solertissimo etiam Naturæ studio non posse hujusmodi Sanguinis Cacochymia: Nimis enim obvia est in Tertianariis *Cruditas* illa *nidorosa*, unde non possunt non effluvia similis perversæ indolis ad Mass. Sangu. devolvi successu temporis, eamque inquinare & ad fermentationem majorem quasi invitare. Nec enim credibile est, ubi quid peregrini Sanguinem subintrat, id tacite quasi & sine sensu Archei contingere posse, cum non minus Sanguinem inhabitet quam reliquas Solidas Partes, & sine dubio noxas Sanguini intentatas æque prævertere sit paratus, quam injurias Partibus solidis impendentes vindicare alias solet.

Excellentissimus quidem & *acutissimus Stahlius* receptæ huic de *Cacochymia* opinioni contradicit, & *Mare mortuum* vocat Cacochymiam

(1) Mantissæ loco hæc subjungere nec absonum nec ingratum fore judicavi: *Materia* enim hactenus *tractata* affinia, & præter alia utilita tum *Methodum* Ejus *Febribus Medendi* tum *Dubia* quædam *in* Cl. Stahlii *asserta* continent.

miam hanc, e quo nihil utilitatis in Praxin Medicam resultet, nisus & fisus huic præcipue ratiocinio, quod eminentibus maxime saporibus prædita, uti *Acida, Salina, Acria, Sulphurea,* in magna quantitate sumta non alterent notabiliter Sanguinis naturalem Crasin. (vid. illius *Differt. de Mechanismo Motus Progressivi Sangu:)* Quæ opinio uti admitti potest in tantum, in quantum contendit, sapores illos potius pro effectu esse habendos quam pro Causa: (Quid enim est primarum viarum saburra biliosa aliud quam effectus vitiatæ Digestionis, cui Assumta in *Quanto* vel *Quali* vitiosa dederunt ansam, præcipue cum Assumta illa sæpe etiam sint innoxia, & saltem propter *modum assumendi* vitiosum, *tempus assumtionis,* noceant; item superveniente Ira, Terrore, demum ita degenerent, & quidem corruptione non ordinaria, qualem subirent sibi relicta extra corpus, sed corruptione tali, quæ pro diversa ægrorum idiosyncrasia est diversa, ut revera specifici sapores diversi oriantur, alimentis istis corruptis in aliis assumentibus in cruditatem *acidam,* in aliis in *nidorosam,* in aliis vero in *Phlegma mucosum* & *pituitosum,* transeuntibus) Ita quatenus e censu *Causarum* etiam *occasionalium* eximere studet sapores, mihi non amplectenda videtur, ob sequentes potissimum rationes:

1. Quia ipse in ejusdem *Dissertationis Proœmio* se non rejicere dicit *efficaciam Salsedinum,* præcipue *acrium fermentescentium:*

2. Quia agnoscit *corruptionem Sanguinis putredinosam.* Si hoc, negari non potest, dari aliquando medium statum inter Sanguinis integritatem & ejus corruptionem, qui medius status quid est aliud quam *Cacochymia?* Et eo ipso, dum sanguis in putredinem transit, oriri necesse est effluvia acria fermentescentia, reliquum Sanguinem inficientia.

3. Secedunt a Sanguine *particulæ* plures *recrementitiæ* vel quasi tales, ut *Bilis* in Hepate, *serum salsum* in Sudore & Urina. His autem Excretionibus non legitime fieri solitis non possibile est Sanguinem non infici, non ad Cacochymiam disponi.

4. In specie quod *Febres intermittentes* attinet, si sanguis non inquinatur a *Fermento Febrili,* cur adeo necessarii sunt in declinatione Paroxysmorum *Sudores?* Cur his non procedentibus tarda sanatio, & Febris solito more repetit? Numne conclusa illa *Salia acria* non inficient Sanguinem? Nonne probabilissime hujusmodi inquinamenta reputabuntur esse *Causa Febris,* minimum *occasionalis,* quia illis

illis mediante Sudore exclusis penitus sanatio, retentis Morbi prolongatio, fit?

5. In plurimis Febribus Intermittentibus tandem oriuntur *Pustulæ Labiorum*, item *Palpebrarum*, & hæ morbum judicant finiuntque, certissimo indicio aliquid e corpore secerni, quod prius in eo delituerat; Non poterat autem ad Labia vel Palpebras deferri, nisi in via Sanguinem etiam contingeret: sive jam cum Sanguine per vias ordinarias eo fuerit delatum, sive per poros Partium, Sanguine certe semper plenos, auræ instar ascenderit. Interim verissimum hoc puto, non *universum* Sanguinem semper hujusmodi *Cacochymia* laborare: Si enim hoc, statim interiret homo, vitali pabulo sic scilicet omnino destitutus; neque ut id fiat committit Natura, sed omnibus modis imminenti Corruptioni resistit. Quoad *aliquam partem* Sanguinis igitur agnoscenda est saltem illa *Cacochymia*, quæ pars sæpe potest esse minimum aliquod, quo secreto omnes turbæ cessant. Quemadmodum v. gr. cessat Epilepsia puerilis quam primum pone aures erumpit exigua quantitas Seri acris.

Non obstat *Circulatio Sanguinis*, quæ Sanguinem nullibi consistere patitur, & ita videtur *Cacochymiam* talem *particularem* irritam facere, tum Sanguis in poris Partis inflammatæ stagnans & de vitio suspectus ibi permanere nequit, sed retro in Venas rapitur. Respondeo:

1. Negari nequit, Sanguinem a Parte vel loco Inflammationis refluum revera alterari, unde enim Symtomata illa dira Inflammationem sæpe consequentia?

2. Ipse *Motus Tonicus Autoris* Sanguinem illum vitiosum, quo minus in Venas relabatur, coërcet, unde locus magis magisque attollitur & tandem perforatur, nisi discutere possit Malum Natura Arte adjuta, uti potest si *Cortice nostro Antifebrili* ipsi subveniatur.

Neque obstat *Sanguinis Æqualitas*, quam Autor *Differt. de Venasectione* urget: Est enim æqualis Sanguis saltem ad sensum, non si accuratius attendas.

Porro non omnis Sapor, vel omnis *potentia salina*, statim morbum causatur, utut emineat in Sanguine; Quibusdam enim etiam sanis Sanguis manifesto est salsus, Saliva salsa, sæpe etiam acor manifestus est in Ventriculo, non tamen adest Cardialgia. Ergo tum demum fiunt hi sapores morbosi, quando *commoventur* & Natura ipsorum

rum præſentiam amplius *ferre nequit*, aliunde concitata ſæpe: Similiter uti Calculus ſæpe longo tempore quietus in Veſica jacet, donec Natura quocunque modo irritata eundem loco moveat.

Febris Tertiana ex ſuppreſſo Eryſipelate.

Eſt hic loci Femina temperamenti Sanguineo-Phlegmatici, „ quæ ante plures annos in templo, antea optime habens, tempore „ Pentecoſtali circa Pectus anguſtias ſenſit, Scotomiam etiam & Ver- „ tiginem. Domum reverſa Ruborem & Pruritum in Crure alterutro „ percepit; mater importune ſedula Farinam triticeam inſpergit, illo „ momento rubor ceſſat, Rigor univerſalis ingruit, & *Febris Tertiana* „ ſequitur cum Horrore & Nauſea, per ſex ſeptimanas durans. „

Quinam hujus Tertianæ ortus? Num ex *Ventriculo*, aut *ibi hærente Objecto* nauſeoſo? Non ſane videtur; Si enim hæc, cur ante Morbi primum inſultum nullius ſibi conſcia fuit in ventriculo moleſtiæ, nullius commiſſi erroris? Quomodo potuit occaſione illius objecti nauſeoſi tam repente in tam diſſito loco Eryſipelas oriri? Igitur Febris hujus ortus fuerit ex *Eryſipelate repulſo & ſuppreſſo*; At quæritur quomodo? In actu hujus repulſionis vel ſolus Sanguis per Eryſipelaceum curſum diſſipandus fuit repulſus, vel una cum Sanguine aliquod Fermentum impurum Eryſipelatodes. Jam vero Sanguinis cohibitio & repreſſio ad Ventriculos & vaſa Cordis majora non cauſatur Febrem, ſed ex propria *Autoris Hypotheſi* tum adeſt Febris Tertiana exquiſita, *quando Sanguis in eum finem circa Interiora & Ventriculum præcipue colligitur*, *ut materia nauſeoſa inibi præſens reſolvatur.* Supereſt igitur ut Fermentum cum Sanguine eryſipelaceo retropulſum ſtatuatur, quod non ſecundum Venarum ductum in Cordis Regiam cum Sanguine refluere ſenſim credibile eſt, ſed auræ inſtar vel fulguris modo tanquam quid infenſum, hoſtile, & extraneum in ipſum ſinum Archæi, circa Orificium Ventriculi ſedem primariam figentis, penetret, & cum Terrore primum afficiendo *Rigori* univerſali det anſam; quemadmodum poſtea *Calor* ſequitur, quando hic idem Archæus injurias ulturus vires ſuas intendit & multiplicat, ſicque æſtum concitat ad diſſipandum febrile illud Fermentum.

Non mihi conſtat, in ſequentibus Paroxyſmis num earum initio non ſenſerit aliquem obſcurum in Crure pridem affecto motum; Contigit ante noſtrum adventum in hunc locum.

II. An Acidum ſit potiſſima Febrium, & præcipue Aeſtus Febrilis, Cauſa?

Affirmat *Ettmüllerus Colleg. Pract. Sect. XV.* Cap. I. de Febb. p. m. 284. & 285, & multis ratiociniis, quæ ibi videri possunt, illustrat. Enimvero secus res habere videtur:

1. *Acida* ex ejusdem *Ettmülleri* doctrina *coagulant*, & ita Sanguinem condensando *Frigus* potius quam *Calorem* producunt.

2. *Acida* manifesta sæpe *magna* sumuntur *copia*, Febre *non sequente*.

3. Febricitantes cruditate potius *nidorosa* ventriculi quam acida laborant.

4. *Pinguia*, *pisces salliti*, & plura alia ad censum acidorum minime pertinentia, Febrem frequenter causantur.

5. *Acida æstum Sanguinis febrilem compescunt*, qui, si ab Acido esset, Acidis *intenderetur*.

Calor & *æstus* simplicissime potius juxta *acutissimum Stahlium* derivabitur ab *aucto Sanguinis Motu*, qui augetur & intenditur a Natura eum in finem, ut Fermentum febrile excutiatur & sub Rigore impeditius promotus ac quodammodo spissior redditus Sanguis pristinum fluiditatis gradum nanciscatur; Sub quo Motu intensiore Sanguis agitatus magis incalescit, Sulphureis particulis fœtus, adeoque incalescere aptus. Non igitur Incalescentia statim supponit p. n. Fermentationem, effervescentiam; sed solum *vehementiorem Sanguinis motum consequitur*.

At, inquis, sulphureæ biliosæ Sanguinis particulæ ideo sat aptæ concipere Calorem, quia in *recessu omne Sulphur habet Acidum:* Sed respondeo:

1. Adhuc sub judice lis est, an omne Sulphur Acidum possideat, &, si possideat, an hinc Inflammabilitas sit derivanda vel Calor;

2. Concesso etiam, quod Sulphur non sit sine Acido; non tamen sequitur, Acidum Febrile p. n. esse æstus Causam; sed Acidum Sanguini inexistens occasione Febris commotum nimis æstum efficere.

Quod Remedia *Salina Antifebrilia Amara* aliaque concernit, non juvant præcise quia Acidum domant, sed quia *abstergunt*, unde & laudatur *Cremor Tartari*, Acidum manifestum; vel quia *Sudorem movent*.

Imo si conducerent Acidum destruendo hæc talia, tum maximo futura essent damno; compescerent enim utilem illum Naturæ Motum, qui potius adjuvandus est *Diaphoreticis* paulo *calidioribus*, ut est *Cortex noster Antifebrilis*.

III. Rigor Febrilis.

Hunc *Ettmüllerus* deducit ab *Acido Volatili* membranas sensiles vellicante. Tale Acidum autem supponere non videtur opus. Sufficit *Nauseosum quid in Ventriculo subsistens*, cujuscunque sit indolis. Acidum certe non est purum, sed *Fermentum* quoddam *acre*, de *Sulphure* non minus quam *Sale acido* participans, Archæo Cordiali summe adversum, unde in Horrorem hic



XXXIX. *Lignum semiputridum Pyri arboris cariosa specificum Anti-Dysentericum militis cujusdam.* 112
XL. *Dysentericus conclamatus Vino hausto curatus.* 115
XLI. *Dysentericus conclamatus oleo Lini curatus.* 116
XLII. *Febris Continua Tertiana Epidemica malo regimine in Intermit-mittentem Quartanam, & ex hac in Quotidianam, ex hac autem in Lentam, & tandem pessimo Medicamine in Mortem, terminata.* 116
XLIII. *Hamitritaus sola Abstinentia & Vomitu spontaneo curatus.* 121
XLIV. *Febris Intermittens Tertiana legitima.* 122
XLV. *Febris Intermittens Tertiana ex esu Brassica crispa, hac Vomitu rejecta, curata.* 129
XLVI. *Eadem ex Uvarum ingurgitatione, his alvo exclusis, curata.* 129
XLVII. *Digitorum auricularium Paroxysmi die in Febricitante refrigeratio.* 136
XLVIII. *Febris Tertiana sola abstinentia curata.* 138
XLIX. *Febris Tertiana, variis Corticis Peruviani Formulis frustra aggressa, Conjugio tandem curata.* 139
L. *Tertianarius Terrore restitutus.* 140
LI. *Tertianarii, alius Halecis alius Creta usu, restituti.* 140
LII. *Febris Tertiana e Mensibus suppressis orta aliquoties recidivans tandem curata.* 140
LIII. *Febris Intermittens Tertiana in Illustri Persona incongrue tractata lethalis.* 142
LIV. *Quartanarius Halecum usu restitutus.* 143
LV. *Febris Quartana Arsenico male curata.* 143
LVI. *Electuarium Antifebrile Genevense.* 145
LVII. *Pilularum Wildeganstanarum in Febribus Intermittentibus efficacia.* 148



LVIII. Febrium Intermittentium per Quinquinam suppressarum mala confectaria. 150

LIX. Pastorum in Febribus Intermittentibus specifica. 152

LX. Concharum ustarum causticitas. 152

LXI. Febri Tertianæ suppressæ optima medendi methodus. 153

LXII. Tumorum e Febri Tertiana suppressa ortorum curatio. 155

LXIII. Hectica & Phthiseos metus ab Expectorantium moderato quidem, sed incongruo tamen, usu. 155

LXIV. Hecticus tempestatis mutatione instante in pejus, & rursus in melius, conjectus. 157

LXV. Tussis Phthisica ab Extracto Peti sedata. 157

LXVI. Tussis suspecta cum Peripneumoniacis vestigiis complicata eodem curata Extracto. 158

LXVII. Phthisico-Hecticus Equitatione multum levatus. 160

LXVIII. Phthisico-Hecticus Antihecticis vulgaribus & Opiatis interfectus. 161

LXIX. Phthisicus Opio interfectus. 166

LXX. Phthisi demortui Pulmo albidus. 167

LXXI. Calculi Tussi rejecti & Scirrhi Pulmonum in Phthisicis. 168

LXXII. Scirrhi Pulmonum post Mortem tandem detecti. 168

LXXIII. Concretio Pulmonum cum interiore superficie Pectoris. 169

LXXIV. Febri latente Hectica ex Ulcere Pulmonum demortui Anatome. 172

LXXV. Febris Hectica ex Abscessu Pulmonum cum diuturno & largo Materiæ lactescentis e Thorace stillicidio, eaque demortui Anatome. 175

LXXVI. Febri lenta Hectica ex Abscessu Pulmonis medii demortuus Princeps Serenissimus, ejusque Anatome. 177

Mantissa : JOH. LUDOV. APINI Collectanea de Febribus, præcipue Intermittentibus. 190

D. D.



CLASSIS I.

ELENCHUS DE FEBRIBUS.

I. Febris acuta die critico somno judicata. pag. 1

II. Febris Acuta die septimo somno judicata. 1

III. Potionum Acidulatarum Thoneri in Febribus Acutis efficacia. 2

IV Febris Acuta Venasectione incongrua in Lentam devoluta. 2

V. Lues castrensis lethifera ex esu Fungorum deleteriorum. 4

VI. Præservativum specificum Antipestilentiale Vespilionis cujusdam. 4

VII. Febris Pestilens sola continentia quieta superata. 5

VIII. Vomitoriorum in Peste usus. 7

IX. Miliaris efflorescentiâ suppressâ Cephalalgia vertiginosa frequentissima, sonitibus gravioribus exacerbata, scaturigo, reversa autem levamen. 7

X. Purpura retrogressa Consectaria sontica. 8

XI. Virgo Petechizans e Pulvere Bezoardico pro Vomitorio assumto in vomitum & tandem mortem prolapsa. 8

XII. Petechia suppressa Delirium vehementissimum inducentes. 10

XIII. Febris Epidemica Petechizans. 10

XIV. De Alvi libero successu, imo subinde Fluxu, in Febribus Petechizantibus, & peculiari Remedio laxativo, Experientia suffragio interposito per hanc ipsam observationem, ad illas Febres commendari cœpto. 56

XV. Febricitans per Elixir Polychrestum Hallense restituta. 59

XVI. Diarrhœa Variolosi Nitro sedata, rediens neglecta lethalis. 67

XVII. Variolacea post largius sumtos Pulveres salino-Nitrosos Alvum nihilominus XIV. diebus clausam habens. 68

XVIII. Petechizans a Diarrhœa per Pulverem tonicum suppressa mortuus. 70

)( )(XIX.

XIX. *Diarrhœa Variolosi Cortice Cascarillæ sublata.* 82
XX. *Petechizantes, sumto licet Catharctico, & post datam Cascarillæ Corticem, sibi redditi.* 84
XXI. *Variola in Infantibus a Matre per totum gestationis tempus fluxum Mensium ordinarium experta natis.* 87
XXII. *Domus Serenissima Onoldo Brandenburgica lugubria a Variolis & Morbillis Fata.* 87
XXIII. *Variolis medendi Methodus Gundelsheimeriana.* 88
XXIV. *Variolarum suppressio largissimo Ptyalismo resarcita.* 92
XXV. *Variolosus ex Jusculi cerevisiarii imprudenti ingurgitatione convulsus & mortuus.* 92
XXVI. *Variolarum Anno MDCXCII. grassantium putatitia malignitas soli negligenti Regimini debita.* 93
XXVII. *Variolarum & Morbillorum illegitime decurrentium mala consectaria Fonticulis refractaria & lethalibus eventibus terminata.* 94
XXVIII. *Morbillos retrogredientes excipientia Symtomata sontica salutariter superata.* 95
XXIX. *Morbillorum Anno MDCCVIII. grassantium Historia.* 95
XXX. *Morbillosus Aqua Fragorum usu in mortis periculum conjectus.* 96
XXXI. *Spiritus Salis in Peripneumoniaco incommodus usus.* 96
XXXII. *Peripneumonia malo regimine lethalis.* 97
XXXIII. *Pleuritis sudore judicata.* 99
XXXIV. *Febris Biliosa incipiens, cum Epilepsia, paucis curata.* 99
XXXV. *Lapidum Cancrorum Acido-Biliosa absorbendi efficacia.* 101
XXXVI. *Febris Biliosa curata.* 110
XXXVII. *Febris Causodes ex ingluvie Panis melliti, hoc per vomitum rejecto, cessans.* 111
XXXVIII. *Cholera periculosa ex Infuso Radicis Hellebori nigri.* 111

XXXIX.

hic primo conjicitur & per consensum Habitus quoque Corporis simili Rigore concutitur. Unde, quæ sequuntur p. 285. de Rigore Partium & Viscerum internorum, probe sunt notanda, & mihi placent præ *Stahlii Theoria de Rigore*, qui dicit in *Rigore copiosiorem Humiditatem ad Ventriculum colligi*, cum tamen similis Rigor internas hasce Partes æque contractas teneat, qua de re alibi (1) jam notavimus quædam. Curiosum est, quod notat & exemplis demonstrat *Ettmüllerus*, observatas esse *Febres solo Rigore conspicuas, sine ullo Aestu consequente*, & loco hujus *affligente alio quodam Symtomate*, v. gr. Lumborum dolore. Hinc patet, Febrem non consistere præcise in Intemperie calida vel in Fermentatione Sanguinis p. n. Calor enim & nimius Sanguinis Motus, quem Fermentationem vocant, præter naturalia sunt Symtomata, quæ possunt abesse & adesse.

IV. An Universalia semper præmittenda?

Ita cum reliquis omnibus sentit *Ettmüllerus* Colleg. Pract. Tom; II. p. 315. Observ. 4. Sed non adeo religiose hæc observanda esse nostra docet Experientia, docens Febres *solo Cortice*, sine ullo *Vomitu*, curatas esse.

V. An Vomitoria & Purgantia in principio ante Coctionem?

Videtur hoc ipse urgere *Hippocrates: Principio, si quid movendum videtur, move.* Ego rem sic definio; Si constet, morbum vel Febrem cepisse *a manifesto errore Diætetico*, uno actu & ictu per *Vomitorium* causam Febris occasionalem extirpabis; Unde sunt, qui quælibet ventriculo adversa statim vomitu rejiciunt; Sed id fieri debet *in Principio*, antequam Fermentum Febrile ex illo vitioso Assumto sit enatum. Si enim hoc jam dum præsens fuerit, & Natura insignem jamdum alterationem passa fuerit, nil nisi turbas majores Purgando concitabis. Sane observavi, magis proficua esse *post plures jam transactos Paroxysmos* tum Vomitoria tum Purgantia, quasi coctione & Præparatione fuisset opus. Conf. *Nob. Dekker. in Prax. Barbett*; p. m. 106, ubi notabilis locus ex *Epistolis Cratonis* adducitur.

VI. Opiata Febrifuga.

Tuto usurpantur quando, fomite febrili nullo amplius præsente, *sola consuetudine* Febres in tenore suo pergunt. Idem de *fixis Terreis* judicandum; Non danda, nisi *minera & sordibus febrilibus expurgatis*.

VII. An Sudorifera danda statim in Principio Febrium?

Docet cum Antiquitate omni sic *Recentiorum* quoque Schola, expectandum esse Coctionis tempus, non cruda movenda. Aphorismum enim illum *Hippocratis*, quo *vetat Cruda moveri*, intelligunt etiam de *Diaphoreticis*. Idem inculcat *Ettmüllerus Coll. Pract.* Tom. II. Sect. XV. c. 295.

Hinc ergo videtur sequi, pessimo consilio nos statim ab initio exhibere *Corticem*, sudoriferum scilicet remedium. Respondeo, non posse negari Naturam quolibet in Paroxysmo moliri curationem, eamque Sudore feliciter absolvere, saltem quoad aliquam Fermenti seu Mineræ Febrilis resolutæ partem. Si quis igitur promoveat hunc Naturæ conatum, exhibendo Sudoriferum *in ipso Æstu febrili*, Naturam potius imitatur quam turbat, & ita officiosum se præstat Naturæ Ministrum.

2. *Sudorifera* exhibita non, uti vulgo creditur, Humores vitiosos crudos ex Ventriculo ad Sanguinem devehunt, qua ratione certe inquinarent hominem & pessima audirent remedia; sed *Fermentum febrile Ventriculo inhærens extenuant & per ipsos Poros secundum lineam rectam expellunt sub vaporis resoluti forma*, unde etiam regio Ventriculi & Præcordiorum sæpe præ aliis Partibus conseritur Petechiis, Morbillis, similibusque exanthematibus, eadem quoque insigniter sæpe prurit. Aut, si quid resolutæ Materiæ Febrilis Sanguinem subit a Sudorifero commo-

(1) In *Animadversionibus* nempe ad n. XV. p. 12. & n. XXVII. p. 19. *Scriptorum Stahlii*.

tum, illud non est crudum, sed *coctum*, aut *coctioni* atque *excretioni vicinum, aptum* atque *proximum*.

3. Pleraque *Sudorifera* sunt *digerendi* facultate prædita, & desideratam illam Naturæ coctionem insigniter adjuvant, tum ratione *propria sua* (internæ) *efficacia* magis ab *intra*, tum ratione *Regiminis* (externi) *sudorifici* ab *extra*.

Ratione *prioris* Sudorifera sunt vel *INCIDENTIA*, uti *Salina fixa*, (*lixiva*); vel *VOLATILIA*, *Salia media*, *Arcanum duplicatum*, ipsum *Sal commune*, quæ omnes etiam *in Principio* probant, vel simul sunt *ABSTERGENTIA AMARA*, uti *CB. Centaur. min*; vel sunt *AROMATICA* calida & sulphurea, uti acria quædam, *Galanga*, *Salia Volatilia oleosa*, ipse *Spiritus Vini*, *Vinum generosum*, vel *HIS FACULTATIBUS OMNIBUS SIMUL PRÆDITA*, ut est *Cortex noster Antifebrilis*, qui *aromatica* sua *suaveolentia* delet conceptam in Archæo Præcordiali nauseam; *caliditate* sua fovet calorem naturalem eumque excitat, ut coctioni tanto feliciori cum successu se accingat; *amaritie* vero sua *gummosa* & *resinosa* ventriculum abstergit, unde alvum utplurimum etiam servat apertam, & saburram biliosam per inferiora suaviter educit. Hujusmodi remediorum usum si Sudor consequatur, salutaris omnino erit, non prævertens Coctionem, non coactus, sed coctionem supponens & adjuvans.

Ratione *posterioris*, Regiminis scilicet externi, id, si recte & legitime fuerit institutum, Coctioni apprime favebit. Corpore enim quieto & probe contecto fovetur & excitatur blande Calor internus, qui omnium testimonio Coctionem omnem perficit; præcavetur ita jactigatio, damnosissima res ægris & Naturæ utilissimos conatus impediens, unde hæc non turbata non delassata aliis negotiis Coctioni illi desideratæ tanto felicius intenta esse potest, & successive materiam febrilem adoritur, subigit, extenuat, resolvit in halitum, eumque Sudore & Sero halituoso per Habitum Corporis excludit. Id exemplo obvio demonstrabimus: Qui a crapula hesterna mane evigilant, quamdiu in lecto adhuc morantur, nihil sentiunt molestiæ a reliquiis Vini in Ventriculo adhuc contenti & ibi nondum penitus digesti; imo, si permaneant in lecto & quieto decubitu, corpore probe tecto, ac præcipue Ventriculo, Sudorem expectent, quod reliquum est vinosæ cruditatis feliciter digerunt, & ita Vomitus illos acres biliosos certissime præcavent; cum contra, si præmature surgant & corpus aeri externo exponant, sicque Naturæ opera distrahant, statim oboriantur Anxietates Cardialgicæ & dicti *Vomitus*. Natura siquidem occasione etiam Frigoris occlusum sibi sentiens per Poros corporis exitum indignatur, stringit Habitum corporis, unde circa Interiora angustiæ. In *Statu* quippe *naturali præcipuus Naturæ motus est ab intra ad extra*, quem in omnibus Morbis affectat; Unde generali intentione *Sudorifera* sunt optima & Coctionem Naturæ egregie promoventia.

Nihil etiam est novi, post peractos Sudores alvum sæpe recludi, manifesto indicio Cruditates primarum viarum sub illo Cruditatis schemate non subire Massam Sanguineam, sed per ordinarias vias, Natura per Sudoriferum excitata, eliminari.

Observatum quid quod est non semel, cum *ab initio* Febris vel alius cujusdam morbi febrilis Vomitus nulla adessent indicia, quod dein *Cortice aliquoties exhibito* manifestaverit se proclivitas ad vomendum; sed id factum non nisi in iis, qui evacuationibus artificialibus per Vomitum sunt nimis *assueti*, & regiminis sudorifici *minus observantes* fuere. Habuere tamen sic affecti Paroxysmos severa mitiores, & non nisi *unico Tartari emetici grano* sumto sine negotio vomebant. Imo curavi quosdam hac vomendi proclivitate affectos solo regimine externo immutato, *quieto* præcipue decubitu & *corporis calidiore tectura* commendatis, usurpatis dein *Sudoriferis* probatis: unde in aliis Pruritus intolerabilis, in aliis Exanthemata nova, successerunt cum Cuticulæ excoriatione, proclivitas vero illa ad Vomitum evanuit. Non itaque expectandus est quartus Paroxysmus secundum *Ettmüllerum loco allegat*. Obs. XXI.